Corpus

grammaticorum medii aeui

Uol. I

Eberhardi Bethuniensis Graecismus

Edidit

Dr. Ioh. Wrobel
Professor Czernouicensis.

Uratislauiae
In aedibus G. Koebneri.
MDCCCLXXXVII.

Eberhardi Bethuniensis Graecismus

Ad

fidem librorum manu scriptorum recensuit lectionum uarietatem adiecit indices locupletissimos et imaginem codicis Melicensis photolithographicam addidit

Dr. Ioh. Wrobel
Professor Czernouicensis.

'Est haec medii aeui grammaticorum laus propria, quod ordinem rerum eum, qui unus uere conuenit grammaticae rationi, inuenerunt et paulatim perfecerunt, uix ut meliorem dicas hunc esse, quo hodie uulgo utimur; atque is quidem, qui primum quasi gradum fecit ad hanc quaerendam laudem, quantum ego cognoscere potui, fuit Ebrardus Bethuniensis, qui Graecista dici solet librumque, quem Graecismum inscribunt, edidit a. 1124'.

Frid. Haase: De medii aeui studiis philologicis disputatio. pag. 44.

Uratislauiae
In aedibus G. Koebneri.
MDCCCLXXXVII.

Uiris Illustrissimis

Guilelmo ab Hartel

et

Iwano Muellero

hunc librum

grati animi documentum

misit

Editor.

Praefatio.

Ad grammaticae disciplinae gradus et quasi processus penitus pernoscendos necessariam esse medii aeui grammaticorum notitiam nemo negabit. At uero quotus quisque est, qui uel fando nouerit celebratissima olim *Floristae Graecistae Modistae* aliorum nomina, qui magna per totum medium aeuum uigentes auctoritate nunc obliuione sepulti iacent? Quae quidem sors quam sit iniqua pluribus explicare non uacat, satis habeo ad egregii illius uiri uerissimum ea de re relegare iudicium, cuius dicto ornari huius libri frontem uisum est. Atque eius quidem hortatu et aequum et utile fore ratus oblitteratam grammaticorum illorum instaurare memoriam interim *Eberhardi Bethuniensis* opus edere constitui libris manu scriptis diligentissime excussis emendatum ac perpolitum.

De Eberhardi uita paene nihil constat. Patria Bethuniensem fuisse Graecismi testatur locus cap. XXV uers. 10 sqq.:

Nomen gentile *Flandrensis* seu *Catalanus*,
Dic patrium nomen *Ebrardus Bethuniensis*,
Hic interserui nomenque locumque magistri.

Cum quo conspirat Metulini ad capitis XI uers. 134 glosa: Nomen patriū est q̊d sumitur ab urbe uel oppido · ut a *bitunia* insigni oppido urbi q̄ nuper *atrabatū* nunc uero *franchisia* dicitur uicino actor noster *bituniensis* denominatur.

De tempore quo floruerit Eberhardus uix certi quicquam definiri potest. Fuerunt qui saeculo XII uixisse statue-

rent sententiam suam incerti auctoris[1]) uersibus confirmantes his:

Anno milleno centeno bis duodeno
Condidit Ebrardus Graecismum Bethuniensis.

Contra alii *bis* uoculam cum *centeno* uocabulo coniungentes ad saeculum XIII rettulerunt. Quae controuersia cum deficientibus argumentorum momentis decerni nequeat, rem in medio relinquo.

Professorem grammaticum fuisse Eberhardum consentaneum est nec dubium uidetur esse quin aliquamdiu inter Andegauenses degerit, id quod facile colligas ex cap. III uers. 10 sqq.:

Qui sunt qui pugnant audaciter? Andegauenses.
Qui sunt qui parcunt superatis? Andegauenses:
Egregios igitur liuor negat Andegauenses.

ubi illorum manifesto cum honore infert mentionem.

Ob unum grammaticae caput, quo Graecae uoces explicatae sunt, cognomine *Graecistae* illustratum esse et opus ipsum *Graecismum* inscriptum ueri simile ducas. Idem opus a poëmatis tripartiti, quod *Laborinthus* inscribitur, auctore commemoratur, quem esse eundem ac Graecistam putatum est. Ibi in extrema parte, quae est *de uersificatione*, legitur distichon hoc:

Graecismus recitat, peperit quas Graecia uoces,
Quas Latium dat, quae significata ferant.

Reliquos qui Eberhardo attribuuntur libros praetermittenti et ad Graecismum reuertenti non alienum uidetur mihi ab huius loci ratione paucis ostendere, quanta illius per tria ferme saecula usque ad *Erasmi* aetatem fuerit auctoritas. Quod si cui mirum uideatur, quod tantum inualuit Eberhardi liber grammaticus, ut loco moueret Prisciani celeberrimum opus, is meminerit penes usum ius et normam esse non solum dicendi, uerum etiam docendi. A tertio decimo enim saeculo usu uenit, ut spreta prosa oratione uersibus tradere disciplinas adfectarent docti homines, adeoque ratio illa obtinuit, uix ut ullus esset artis magister, quin secundum metricam rationem conformanda sibi

[1]) Historiae litterariae Francogallicae scriptores Arnoldo Rotterdamensi, saeculi XV auctori, ascribunt, alii ex codice quodam prolatos dicunt.

praecepta putaret. Quae ratio quomodo probaretur documento sit ad Alexandri de Uilla Dei Doctrinale pertinens glosa haec: '*Sermo metricus, quem sequitur actor iste, ad plura se habet quam prosaicus, quem sequitur Priscianus et hoc ita probatur: sermo metricus utilis factus est ad faciliorem acceptionem, ad uenustam et lucidam breuitatem et ad memoriam firmiorem*'. Accedit quod a Priscianei operis prolixitate uehementer abhorrebant. Testem adfero aetatis illius grammaticum quendam, qui '*illa enim*', inquit, '*Prisciani spatiosa uolumina grammaticam artem ita diffuse et confuse pertractant, ut non nisi omni cura et ab omni negotio expeditis illa sit replicare consilium*'. Denique haud parui uidetur fuisse momenti usu recepta illis temporibus argumentatio quaedam philosophica, quam cum abesse a Prisciani Institutionibus uiderent, grammaticam eius ut inutilem aspernabantur. Testimonio habeas haud dubie grammatici alicuius uocem hanc: '*Cum Priscianus non docuerit grammaticam per omnem modum sciendi possibilem, in eo sua doctrina est ualde diminuta. unde constructiones multas dicit, quarum tamen causas non assignat, sed solum eas declarat per auctoritates antiquorum grammaticorum. propter quod non docet, quia illi tantum docent, qui causas suorum dictorum assignant*'.

Quae cum ita essent, factum est, ut *Graecismus* ad extremum usque medium aeuum uigeret essetque usus eius frequentissimus et auctoritas summa. Sic saeculo XIV Graecismus et Doctrinale complurium academiarum legibus praescripta feruntur, uelut ab ordine artistarum uniuersitatis litterariae Uindobonensis statutum legimus, ut quicunque ad baccalaureatum artium aspiraret praeter alia *audiuisse deberet ubicunque complete et sine dolo primam et secundam partem Doctrinalis et secundam partem Graecismi.*[2])

Pergo iam ad indicanda subsidia, quibus in adornanda noua editione uti licuit. Postquam multa opera consumpta rarissimam nactus sum editionem principem, septemdecim conferebam libros manu scriptos: Uindobonenses septem, Monacenses tres, totidem Parisinos, duo Graecenses, Melicensem unum, Uaticanum unum.

Ac princeps quidem editio, quae sine anno et loco lucem

---

[2]) Uid. *Thurot*, Notices et extraits de divers manuscrits latins pour servir à l'histoire des doctrines grammaticales au moyen âge, pag. 101 sq.

uidit, *Drachii* Spirensis uidetur typis descripta esse circiter annum 1480, id quod inde colligere licet, quod in bibliothecae aulicae Monacensis exemplari supra primae paginae titulum legitur scriptum '*Emptus anno dñi* 1489'. Continentur hoc libro folia formae quadratae maioris non numerata 196. In pagina prima legitur '*Libri Ebrardi Greciste*'. Pagina secunda inanis est. In summa pagina tertia scriptum est '*Johannis vincentii metulini aquitanici in additionib⁹ ad grecismi postillam prefacio feliciter incipit*'. In ima eadem pagina legitur '*Explicit argumentum in additionibus. Sequitur argumentū metricū in ipso libro*'. In pagina quarta haec scripta inueniuntur: '*In sequenti libro doctissimi viri magistri Ebrardi bituniensis qui grecismus intitulatur: argumētum siue prefacio Johānis vincentii metulini feliciter incipit*'.

Hic liber Ebrardi: celebris: doctique magistri
Grecismus fons est: arida corda fouens.
Cuius in irriguo tu margine sisteris: a quo
Sumere grāmatices plura fluenta potes.
Fōs fluuios iste tres fundit: quattuor ex se
Tertius eructat flumina magna nimis.
Tres grecismus habet partes: ter quinque libris ē
Partitus: ter habet ter capitella tria.
Permittit prima: prohibetque secūda: iubet pars
Tertia: quas partes quattuor inde secant.
Ethimologia . diasinthesis . orthographia:
Cui prosodia preest iure sequuntur eam.
Ethimologia de partibus octo notat: quas
Inter nomina sunt anteriore loco.
Sunt monosyllaba: p⁹ polysyllaba: que propriū dāt
Et cōmune: quod in greca latina meat.
Quadrat⁹ numer⁹ . quadrum . solidūque libellū
Fulsit eum liuor sternere neue queat
Scriptorum uariis istum mendis releuatum.

Sequitur prolixus Metulini prologus, quem excipit Eberhardi 'prohemium' incipiens a uerbis his: '*QUoniā ignorantie nubilo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem exprimentes asininam chimerinas imaginantes statuas: nescio quid inopinabile somniantes: dictionum discrepantiam matrimonio nō legali et sinzuria* (sic)

nullatenus coherenti copulant incōcinne: succurrendum eorum opinioni fore existimaui . . .'

Pagina decima continetur tabula haec:

Permissiua
Liber I.

cap. I. De figuris.

Prohibitiua
Liber II.

cap. II. De uitiis.

Preceptiua
Liber III.

De prosodia. parte I. p̄ceptiue.

cap. III. De colorib⁹ rhetoricis uersuū.
cap. IV. De pedib⁹ metrorum.

Liber IV.

De orthographia. parte II. p̄ceptiue.

cap. V. De trāsmutatiōe litterarum.

De ethim. parte III. p̄ceptiue decē libris.

Liber V.

cap. VI. De nominib⁹ monosyllabis.
cap. VII. De nominib⁹ polysyllabis propriis.
cap. VIII. De nominib⁹ polysyllabis appellatiuis grecis.
cap. IX. De nominib⁹ polysyllabis appellatiuis latinis masculinis.
cap. X. De nominib⁹ polysyllabis appellatiuis latinis femininis.
cap. XI. De nominib⁹ polysyllabis appellatiuis latinis neutris.
cap. XII. De nominib⁹ polysyllabis appellatiuis latinis mixtis.
cap. XIII. De nominibus adiectiuis.

Liber VI.

cap. XIV. De pronominib⁹.

Liber VII.

De uerbis.

cap. XV. De uerbis cōiugationis prime.
cap. XVI. De uerbis cōiugationis secunde.
cap. XVII. De uerbis cōiugationis tertie.

cap. XVIII. De uerbis cōiugationis quarte.
cap. XIX. De uerbis mixtis.

Liber VIII.

cap. XX. De aduerbio.

Liber IX.

cap. XXI. De participio.

Liber X.

cap. XXII. De coniunctione.

Liber XI.

cap. XXIII. De prepositione.

Liber XII.

cap. XXIV. De interiectione.

Liber XIII.

cap. XXV. De accidentibus nominum.

Liber XIV.

cap. XXVI. De accidentibus uerborum.

Liber XV.

cap. XXVII. De diasinthestica . parte qta preceptiue.

Orditur textus a uersibus his:

ESt proprie metha trās grece formatio plasma
Indeq; transformatio dicatur metaplasmus
Cunq; quid adiicitur vel sustrahitur ratione
Vel trāsmutatur vt littera syllaba tempus
Tunc habet hec fieri vere proprieq; figura . . .

Terminatur uersibus his:

Explicit Ebrardi Grecismus noīe christi
Qui dedit alpha et o sit laus et gloria christo.

In fine libri leguntur haec: *Viri literarū doctissimi magistri Ebrardi bituniensis grecismi liber feliciter explicit Vna cum glosa magistri Johānis vincētii metulini in florente ac fructifera pictauēsi vniuersitate regentis.*

Insunt ibi uersus 4440 plerumque hexametri eique ex eorum genere, quos Leoninos uocant, intermixtis uersibus pentametris.

Princeps ista editio textum ex uno certe codice eoque haud optimo descriptum exhibet seruatis librarii erroribus et insuper

typothetae indiligentia auctis. Uarias eius lectiones in adnotatione critica enotaui, praeposita *P* littera.

Codicum supra commemoratorum duo genera discernuntur, quorum alterius sunt qui et uetustiores et ab interpolatione liberiores tam integritate quam lectionis bonitate praestant, alterum eos complectitur libros, qui, quamquam aetate inferiores pluribusque offuciis ac sordibus inquinati plerumque ab illorum praestantia multum distant, nihilo tamen setius suam habent commendationem. Quos haud parui saepius fuisse momenti repperi simulque intellexi non semper et ubique in factitanda re critica illud patere ponderandos esse codices, non numerandos.

Ac prioris quidem generis codicum praestantissimus est, qui inter bibliothecae Palatinae Uindobonensis libros manu scriptos signatus est numero 2393, saeculo XIII in membranis formae maioris scriptus. Insunt folia 60, numerantur uersus 4496 eadem manu satis emendate descripti. Incipit a prooemii uerbis his: *Qm̄ ignorancie nubilo quidā turpiter excecati inperiti fatuitatem exprimentes asininam cimīnas ymaginantes statuas nescio quid inopinabile somniantes dc̄onū discrepanciā matrimonio non legali et siniugia nullatenus choerenti cop̄lerant incōcinne . succurrendū opinioni eorū et ⁹sulendū existimaui . . .*

Textus orditur a uersibus his:

EST proprie meta tn̄s g'ce formatio plasma
Indeq; tn̄sformatio dicetur metaplasmus . . .

desinit in uersus hos:

Indigeo pane dic d'ficioq; labore.
Percutio baclo ⁹flabitur anulus auro.
Uerbaq; cū motu sibi iūgūt diptota tū tu.

sequitur epilogus:

Explicit ebrardi grecismus nōie ċsti
Qui dedit alpha et o. sit laus et glia xp̄o.
Hic pono metā uitā ducēdo quietā.

adiunctus est al. m. recentiore uersiculus hic:

Qui me scribebat . B . nomen habebat.

In utroque margine crebra inueniuntur adnotamenta, quae legi

plerumque non possunt scriptura euanida facta multoque usu deleta. Exempli gratia pono scholion prooemii initio ascriptum: '*Titulus talis ē incipit grecismus magistri eberhardi bituniensis. titulus dicitur ut ait Remigius a tytane quod ē sol. quia sicut sol superueniens illuminat mūdū. ita titulus sequens opus. Grecismus dicitur a grecis tāquā a dignioribus q̄ ibi ponūtur*'. Uetustissimo huic integerrimoque codici, cum plerumque certiorem se reliquis omnibus ducem praebuerit, primum adsignaui locum (= U[1]).

Proxime ad eius praestantiam accedit eiusdem bibliothecae codex numero 2441 signatus, saeculo XIV in membranis formae quadratae maioris scriptus (= U[2]). Continet folia 100 paginis bifariam diuisis et textum integrum eumque clarissime ac plerumque emendatissime descriptum. Incipit: *Quoniam ignorancie nubilo turpiter excecati quidā imperiti fatuitatem asininā exprimentes chymerinas ymaginātes statuas* . . . Finitur:

Uerbaq; cū motu sibi iūgūt diptota tū tu.
Explicit ebrardi grecism⁹ nōīe xp̄i
Qui dedit alpha et o sit laus et gła xp̄o.

Extrema pars, quae incipit a capitis XXVI uersu 171 (Compositum *mansi* . . .) ab alio librario descripta est. Inter uersuum ordines addita sunt scholia et per singulas textus particulas adnexa interpretamenta Metulini adnotationibus simillima. In extremi folii pagina posteriore leguntur haec: *Ego Caspar audiui grecistā a magistro hainrico Eygel de Midenb'ga Anno dn̄i* 1449 *post festū s̄cto4 petri et pauli.* In ima eadem pagina exstat eiusdem manus, cuius sunt uerba supra scripta, subscriptio haec: *Ego Caspar Conamicus soliensis.*

Hos tertius excipit bibliothecae monasterii Melicensis St. Benedicto sacri codex saeculo XIV in membranis formae maximae scriptus (= M). In priore primi folii pagina legitur: '*Catalogo Monasterii Mellicensis hunc librum inscripsi* 1664'. Bibliothecarii nomen abest. Continet hic liber textum integrum et multas marginibus interque uersuum ordines ascriptas interpretationes. Terminatur uersibus his:

Explicit ebardi gressismus (sic) *nōīe xp̄i*
Qui dedit alpha et ω. sit laus et gła xp̄o.

Quartum eiusdem generis adiungo bibliothecae regiae Monacensis codicem numero 5536 insignitum, saeculo XIV in membranis formae quadratae maioris scriptum, qui foliis 94 complectitur Graecismum integrum copioso commentario illustratum ($= \mu^1$).

Eiusdem fere aetatis est eiusdemque prope praestantiae alter codex Monacensis numero 14344 notatus ($= \mu^2$), item tertius numero 354 signatus subscriptionem habens hanc: '*Qui me scribebat hissinsco nomen habebat*' ($= \mu^3$). Priorem librum quattuor abhinc annos per feriarum aestiuarum tempus Monachii degens totum, posteriores duos ex parte contuli.

Superioribus codicibus par potest censeri, qui inter bibliothecae nationalis Parisinae libros numero 8157 signatus est, in membranis formae maximae saeculo XIV scriptus, continens textum Graecismi integrum eumque marginibus interque uersuum ordines manu uetustiore ascriptis crebris interpretationibus explanatum ($= p^1$).

Cum hoc codice saepissime congruit bibliothecae Uniuersitatis Graecensis codex chartaceus formae quadratae minoris numero 1357 signatus, exeunte saeculo XIV scriptus ($= G^1$). Incipit: *Quoniā ignorancie nubilo turpiter excecati quidā imperiti* . . . Desinit in uersibus ultimis:

Explicit hebrardi grecism9 noīe xp̄i
Qui dedit alpha et o sit laus et gl̄a xp̄o.

Ascripta sunt alia manu uerba haec: *Anno domini M⁰CCC⁰LXXI⁰ feria sexta post kyliani.*

Huic persimilis est alter codex Graecensis chartaceus formae octonariae numero 1384 insignitus, saeculo XV nitide scriptus ($= G^2$). Continet prioribus 103 foliis Graecismi priora 19 capita integra, deficiens capitis XX uersu 82. Posterior codicis pars complectitur 6 foliis Alexandri de Uilla Dei Doctrinalis partem secundam. Terminatur uersu 476: '*Plurali numero: similes sunt quos ego cerno*'. *Deo gratias Amen. Explicit secunda pars doctrinalis per manus hainrici sartoris in woyt perfinitus in uigilia diuisionis apostolorum hora prima.*

Adiungo codicem Parisinum 8157 *A* membranaceum for-

mae quadratae maioris, saeculo XIV scriptum. Continet Graecismum cum prologo deficientem capitis XXIII uersu 167 (= p^2).

Superioribus libris adnumerandum duxi etiam bibliothecae Uaticanae uetustissimum codicem membranaceum numero 1761 notatum, ineunte saeculo XIV scriptum (= r). Incipit: *Qvoniam ignorancie nubilo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem exprimentes asininam chimerinas ymaginantes statuas nescio quid inopinabile sompniantes dictionum discrepanciam matrimonio non legali et sinzugia nullatenus coherenti copulant inconcinne Succurrendum oppinioni* (sic) *eorum et consulendum fore existimaui* . . . Deficit capitis XXVII uersu 24 '*aut per naturam uel forsan consecutiue*'. Eius satis habui priora octo capita accuratissime contulisse.

His denique addo codicem Uindobonensem numero 13850 signatum, saeculo XIV in membranis formae quadratae diligenter scriptum (= U^3). In medio libro duo folia desunt continentia uersus 190, capitis XII uersum 361 excipiente capitis XIII uersu 92. Deficit capitis XXIII uersu 145. Aetatem codicis prodit librarii adnotatiuncula, quae in fine capitis VIII inuenitur haec: *anno dñi MCCCLXIII in die sc̄i pangratii.*

Alterum librorum manu scriptorum genus complectitur notae recentioris codices hos: Uindobonensem chartaceum formae quadratae numero 4995 signatum, saeculo XV scriptum (= U^4). Insunt 1. '*Eberhardi nomenclatura seu uerborum deriuationes*' (fol. 1b — 167b) 2. *Uersus de hominis sanitate* (fol. 168a — 170a) 3. *Tractatio de uino et eius proprietatibus* (fol. 170a — 180b sermone Latino, fol. 180b — 190b sermone Germanico) 4. *De arte coquinaria* — '*Ain půch von Kochen*' — (fol. 191a — 224a) 5. *Ars distinguendi res uenerabiles ex locis et imaginibus* (fol. 227a — 235b). In folii 238 pagina posteriore legitur: *Frater Benedictus de piburg obtulit hunc libellum pro monasterio lunelacensis anno Domini* 1453. Incipit a capitis IX initio: '*Est pater hic cura pater est alius genitura*'. Deficit extremo capite XXIV, quod est *de interiectionibus*. In fine haec leguntur:

Explicit secundus liber grecismi
Finito libro sit laus et gl̄a xp̄o.

In margine is, qui glossas scripsit, haec adnotauit: *Et sic est finitus die ueneris post dimissionem apostolorum anno dñi* 1439.

Huic proximus accedit codex Uindobonensis chartaceus formae quadratae numero 3532 notatus, saeculo XV scriptus (= U[5]). Continet Graecismum integrum. In fine haec leguntur: *Explicit lib' hebrahardi per manus Andree. Finito libro sit laus et gla xp̄o || Non deportabis nisi X grossos michi dabis.*

Restant duo libri Uindobonenses aequalis prope aetatis, ambo saeculo XV scripti. Quorum alter numero 2348 notatus ut nitidissime exaratus uarioque ornatu insignis, ita plerumque mendosissime descriptus est (= U[6]). Continet foliis 108 formae maximae Graecismum prope integrum. Incipit: *Quoniam ignorantie nubilo turpiter excecati quidam imperiti fatuitatem exprimentes asininam cymerinas ymaginantes statuas nescio quid inoppinabile sompniantes dictionum discrepantiam matrimonio non legali et sinzugia nullatenus coherenti copulant inconcinne. Succurrendum oppinioni eorum et consulendum fore existimaui* . . . Textus orditur a uersibus his:

Est proprie metha trās grecc .formatio pla'ma.
Indeq; trāsformatio dicatur metaplasm⁹ . . .

terminatur uersibus his:

Indigeo pane. dic deficioq; labore.
Percutio baculo. ⁹flabitur anulus auro.
Verbaq; cū motu sibi iūgūt diptota tū 'tu.

Addita sunt uerba haec: *Explicit Ebrardi Grecism⁹. Deo gr̄as. Am̄.* Semel deficit idque capitis III uersu 83: intercidit folium continens uersus 40.

Alter codex chartaceus idemque Uindobonensium nouissimus formae quadratae minoris numero 3536 signatus est (U[7]). Inest '*Everhardi Bethuniensis Grammatica latina hexametris concinnata cum prologo*'. Hic codex bonam prae se fert originem et sat diligenter descriptus est, ut optimae notae libris par possit iudicari.

Agmen claudit codex Parisinus chartaceus numero 8158 notatus, saeculo XV scriptus (= p[3]). Complectitur foliis 204 formae quadratae Graecismum integrum amplissimo commentario singulos uersus illustrante instructum. In fine libri leguntur

*

haec: '*Explicit grecismus scriptus per manum Iohannis de ualle anno Domini* 1426*to die mercurii* 10*ma Iulii quinta hora diei ante meridiem ieiuno stomaco in domo Guidonis Richardi magistri mei ac domini mei. Aue gr̄a plena*'.

His igitur codicibus usus sum in recensendo Eberhardi Graecismo. In recensionis subsidium successit opus illud praestantissimum, quod inscribitur '*Notices et extraits de divers manuscrits latins pour servir à l'histoire des doctrines grammaticales au moyen âge. Par M. Charles Thurot*' editum Parisiis a. 1868. Ratio autem, quam in noua editione paranda adhibui, eadem fuit, quam alio loco exposueram.

Quod ad orthographiam attinet, quamquam a codicum scribendi ratione plerumque recedendum duxi, tamen facere non potui, quin et loquendi scribendique consuetudinem mediae aetatis propriam respiciens et Graecistae quaedam praecepta obseruans uocabulorum formas retinerem has: affectus (et similia ex praecepto, quod est cap. XXIII uersu 37 sq.), Allecto, alleoteta (= *ἀλλοιότητα*), Amadryades, anapolensis (= *ἀνάπόληψις*), anchora, anormala, Anthropoformitae, antibachius (palimbachius), antitosis (= *ἀντίπτωσις*), ariolus, armenis — periarmenias (= *ἑρμηνεύς* — *περὶ ἑρμηνείας*), aruspex, assignare (et similia ex praecepto, quod est V 10 sq.), asyntheton (polysyntheton), auferesis (= *ἀφαίρεσις*), autentim, autor, Bacha. (= Bacchanalia), Bachius, Bachus, brachium, cacenphaton, cachesia (= *καχεξία*), cartillago, catarrus, cepa, cepe, cepullatum, cignus (= cycnus), clamis, coclea, coclear, collumbar, diambus (= *διίαμβος*), eclipsis (= ellipsis), eflexegesis (= *ἐπεξήγησις*), egle (= caper), Egloceron, egloga (= sermo caprinus), elemosyna (= *ἐλεημοσύνη*), elipsis (= ecthlipsis), emorroides, Ennosigeus (hypergeus, hypogeus), epidiasis (= *ἐπιδίπλωσις*), epidiocesis (= *ἐπιδιόρθωσις*), epistola, epizeusis (= *ἐπίζευξις*), etheron (= *ἕτερον*), etheroclisis, etheroclita, Eugala (= Aglaia), extasis (= ectasis), geneth (= *γυνή*), genetheum (= *γυναικεῖον*), geron (= *ἱερόν*), gintos (= decem), hĕresis, hĕreticus, hĭpodromium, humeo, humidus, humor, humus, inchoatiua, intelligere (negligere), interscalaris, iocundus, liptote (= *λιτότης*), Mĕcenatem, messembrinos, metoros — metora (= *μετέωρος* — *μετέωρα*), Molo-

sus, multra (multrale), nigros (= *νεκρός*), noma (= *ὄνομα*), noys (= *νοῦς*), obpilat, obsomagarus, Orchus, paralange (= *παραλλαγή*), pĕdos (= *παιδός*), pĕdagogus, pĕdomantia, pentimemeris, polytoton (= *πολύπτωτον*), procelleumaticus, pugillator, pyrrichius, Pyrrus, Radamanthus, Rea, resis, rimos (rimachia), rinos (rinosceros), rodon (rodoleon), scema, scena, scenicus, scola, scolaris, syche, Sychomachia, synacrismos (= *συναθροισμός*), synalimpha (= synaloepha), synedoche, syntasa, synzugia, tantologia (= *ταυτολογία*), temesis, teretema (= *ἐπερώτημα*), Tesiphone, theoreuma, Timēus, ualĭtudo, Uirgilius, zeuma, zoecaisyche. Pro quorundam uocabulorum propria significatione scripsi *coram*bus (= carabus), *lae*uiatan, *lae*uir, Megēra, pĕdor (= paedor), *uae*mens.

In adnotatione critica integritati studui idque meum esse putaui maxime in rebus obscuris inque nominibus Graecis a Graecoue exortis. Qua in re si cui forte nimius fuisse uidebor, is reputet uelim, quantum plerumque praestet copia inopiae, securae neglegentiae anxia diligentia.

Accessionis nomine duo addidi indices locupletissimos, quorum altero continentur nomina auctorum a Graecista commemoratorum, altero uerba de quibus in Graecismo disseritur omnia. Postremo adiunxi codicis Melicensis imaginem photolithographicam.

Iam uero ad finem opere perducto par est eorum me grate pieque prosequi nomina, qui hisce studiis mecum delectati promptissimis animis inceptum adiuuere meum. Atque in primis gratias ago maximas Uiro Illustrissimo *Ernesto de Birk*, bibliothecae Palatinae Uindobonensis summo praefecto, qui officiosissime mihi ut codices Uindobonenses commode conferrem concessit facultatem. Nec silentio praetermittendum est *Iosephi Hauptii* celebre nomen, eiusdem bibliothecae custodis olim meritissimi, qui optime semper mihi cupiens quominus hunc uideret librum a saeua Parca prohibitus est. Tertius honoris causa nominandus est *Alfredus Goeldlinius Eques de Tiefenau* scriptoris ibidem munere fungens, cuius multifariam codicibus illic excutiendis uacanti mihi praestitam operam memori mente recordor. Eandem denique debeo gratiam singularem Uiro Reuerendissimo *Alexandro Carolo*, maxime uenerabili

abbati Melicensi, qui mihi non solum bibliothecam facillime reclusit suam, uerum etiam liberalissimum praebuit hospitium et insuper priuato sumptu pretiosissimi codicis faciendam curauit imaginem photographicam. Postremo meminisse iuuat doctissimi uiri *Guilelmi Mayeri* Spirensis, bibliothecae regiae Monacensis scriptoris, qui, cum quattuor abhinc annos per feriarum aestiuarum tempus Monachii codicibus conferendis commorarer, nec defuit mihi unquam et proficiscenti suam de *Radewini* illo poëmate luculentissimam condonauit commentationem.

Scribebam Romae mense Ianuario a. MDCCCLXXXIV.

Eberhardi Bethuniensis
Graecismus.

Index notarum.

U^1	= cod. Uindobonensis	membran.	n. 2393	saec. XIII.
U^2	= cod. Uindobonensis	membran.	n. 2441	saec. XIV.
U^3	= cod. Uindobonensis	membran.	n. 13850	saec. XIV.
U^4	= cod. Uindobonensis	chartac.	n. 4995	saec. XV.
U^5	= cod. Uindobonensis	chartac.	n. 3532	saec. XV.
U^6	= cod. Uindobonensis	membran.	n. 2348	saec. XV.
U^7	= cod. Uindobonensis	chartac.	n. 3536	saec. XV.
M	= cod. Melicensis	membran.	(n. non not.)	saec. XIV.
G^1	= cod. Graecensis	chartac.	n. 1357	saec. XIV.
G^2	= cod. Graecensis	chartac.	n. 1384	saec. XV.
μ^1	= cod. Monacensis	membran.	n. 5536	saec. XIV.
μ^2	= cod. Monacensis	membran.	n. 14344	saec. XIV.
μ^3	= cod. Monacensis	membran.	n. 354	saec. XIV.
p^1	= cod. Parisinus	membran.	n. 8157	saec. XIV.
p^2	= cod. Parisinus	membran.	n. 8157 A	saec. XIV.
p^3	= cod. Parisinus	chartac.	n. 8158	saec. XV.
r	= cod. Uaticanus	membran.	n. 1761	saec. XIV.
R	= codices reliqui.			
P	= editio princeps.			
gl.	= glosa Metulini.			

Prooemium.

Quoniam ignorantiae nubilo turpiter excaecati quidam imperiti fatuitatem exprimentes asininam Chimaerinas imaginantes statuas nescio quid inopinabile somniantes dictionum discrepantiam matrimonio non legali et synzugia nullatenus cohaerenti copulant inconcinne, succurrendum opinioni eorum et consulendum fore existimaui. Humano etenim capiti equinam inserentes caesariem, plumas piscibus squamas auibus apponentes, cappam categoricam candidumque praetendentes syllogismum in undis apros piscantur cum canibus et leones, in siluis lucios uenantur cum retibus et salmones. Cum ergo animaduerterem quam plurimos sic errare et errores suos

---

1. μ^{1} Quoniam igitur . . . U^{1} quidam turpiter excecati inperiti. — 2. U^{2} $\mu^{1.2.3}$ p^{3} fatuitatem asininam exprimentes. — 3. U^{7} et nescio . . . — 4. $U^{1.7}$ M siniugia p^{1} sed sinzugia. — 5. P succurrendum eorum opinioni fore existimaui U^{2} $p^{2.3}$ succurrendum et consulendum opinioni eorum . . . $U^{3.5}$ μ^{1} succurrendum et consulendum eorum opinioni . . . R succurrendum opinioni eorum et consulendum . . . — 6. $U^{3.7}$ G^{2} Humano enim . . . P equinam cesariem inserentes μ^{1} cesariem equinam inserentes. — 7. U^{6} $\mu^{1.2.3}$ p^{2} et squamas U^{5} apponentes auibus. — 8. PM capam cathegoricam U^{6} capam categoricam U^{1} cappam cathegoricam $U^{3.5}$ G^{2} r cappam kathegoricam U^{2} cathegoricam cappam $U^{3.5}$ candidumque syllogismum pretendentes μ^{1} candidum silogismum pretendentes μ^{3} candidum pretendentes silogismum. — 10. U^{3} p^{2} Cum igitur . . . r Ergo cum . . . p^{3} quam plurimos homines. — 11. U^{6} om. *sic* P U^{2} G^{1} p^{3}r et errores nihilominus ignorare $U^{1.8}$ $\mu^{1.2.3}$ et errores eorum . . . U^{6} et errores ipsorum . . . M p^{2} et errores suos in aliquo nihilominus ignorare U^{2} ut eorum erroneas opiniones $U^{3.7}$ M ut opiniones eorum erroneas PR ut eorum opiniones erroneas.

nihilo minus ignorare, ut eorum opiniones erroneas correctionis lima, non reprehensionis inuidia ualeam retundere, huius operis sarcinam ausus aggredi, quantum mei paupertas ingenioli ualuit sustinere, dictionum significationes, significationum differentias, in quibus scilicet dictiones sibi conueniant, in quibus a se differant, utilitati omnium deseruiens proposui declarare. Sed quoniam uerborum commixtio, commixtionum intricatio, intricationum confusio tam rudibus quam prouectis taedium parturit et errorem, ea quae locorum diuersitate et significationum multiplicitate confusa sunt secundum *Donati* ordinem exsecutus primo de nomine, secundo de pronomine tractans et sic deinceps stilum acuere destinaui.

De figuris metaplasmi. De figuris scematis. De figuris tropi. De figuris barbarismi et soloecismi. De coloribus rhetoricis. De pedibus metrorum. De commutatione litterarum. De nominibus monosyllabis, cuius generis sint. De

---

1. U^{6} $p^{1.3}$ correptionis. — 2. r et non . . . — 3. $U^{5.7}$ p^{1} cum attentione sarcinam G^{1} sarcinam intentione r sarcinam attentione U^{1} ausus PR ausus sum U^{2} quantum mei ingenioli paupertas U^{3} mei ingenioli quantum paupertas U^{5} quantum mei paruitas ingenioli U^{7} quantum paupertas ingenii mei μ^{1} quantum paruitas mei ingenioli. — 4. U^{5} G^{2} ualuerit r ualet . . . μ^{1} et significationum. — 5. μ^{2} et in quibus . . . $U^{1.7}$ $p^{1.2}$ r conueniunt-differunt. — 6. P$U^{1.2}$r in quibus R et in quibus M distant. — p^{1} utilitati eorum (gl. audiencium) U^{8} omnium utilitati M utilitati deseruiens omnium μ^{1} utilitati omnium seruiens U^{2} declarare proposui. — 7. μ^{3} Et quoniam . . . M uerborum coniunctio, coniunctionum . . . — 9. U^{3} profectis G^{2} perfectis . . . G^{2} $\mu^{1.2}$ p^{3} diuersitate locorum. — 10. μ^{1} et multiplicitate significationum $U^{1.2}$ G^{1} significationum multiplicitate (om. *et*). — $U^{2.5}$ $G^{1.2}$ μ^{2} $p^{2.3}$r secundum ordinem donati. — 11. U^{5} exsecuti G^{2} executus sum p^{2} om. *secundo de pronomine.* — 12. P om. *tractans* P$G^{1.2}$ $\mu^{1.2.3}$ stilum meum acuere p^{3} stilum acuere meum. — 13. p^{1} predestinaui (gl. proposui). — 14. U^{3} Capitula (rubro). De figuris methaplasmi. De figuris scematis. De figuris tropi . . . U^{5} et primo de figuris methaplasmi . . . — 15. U^{7} $G^{1.2}$ M p^{2} De coloribus rethoricis U^{1} De coloribus uersuum rethoricis PR De coloribus rethoricis uersuum. — 16. r De metrorum pedibus uersuum . . . $U^{3.5.7}$ μ^{3} commutationibus. — 17. $U^{1.7}$ G^{2} $p^{2.3}$ cuius generis sint ea M μ^{3} p^{1} cuius generis ea sint. — U^{5} om. *et gentilium.* — G^{2} De dictionibus U^{6} extractis U^{7} exortis PR extortis

nominibus Musarum et gentilium. De nominibus exortis a Graeco secundum alphabetum.

Cap. I.

De figuris.

(a. De figuris metaplasmi.)

Est proprie meta trans Graece, formatio plasma,
Indeque transformatio dicatur metaplasmus.
Cumque quid adicitur uel detrahitur ratione
Uel transmutatur, ut littera syllaba tempus,
Tunc habet haec fieri uere proprieque figura,
Quae sub se multas dicatur habere figuras.
Prothesis apponit caput *auferesis*que recidit.
Syncopa de medio tollit quod *epenthesis* addit.
Aufert *apocope* finem, quem dat *paragoge.*
Systole productam breuiat, *diastole* longat:

PU^{1} M $\mu^{1.2}$ p^{3} a grecis U^{5} a grecis in latinum r a greco in latinum. — 2.U^{3} per alfabetum $U^{2.5}$ G^{2} M p^{3}r secundum ordinem alphabeti PR secundum alphabetum. — U^{3} Explicit prologus. Incipit grecismus magistri Eberhardi de Bithynia.

2. $U^{5}$$p^{2}$ Inde ... U^{1} dicetur PR dicatur. — 3. U^{6} M Cum ... P adiicitur $U^{3.5}$ G^{2} adicitur U^{2} addatur R addicitur. — 5. G^{2} p^{3} proprie uereque U^{1} uere et (sed *et* elutum uel erasum) proprieque. — 6. U^{2} fertur retinere r dicetur habere R dicatur habere P om. h. u. — 7. U^{1} p^{1} afferesisque U^{7} aufferesisque PR auferesisque (gl. *Auferesis est contraria prothesi, fit enim quando remouetur littera uel syllaba de principio dictionis, ut ructat pro eructat, temno pro contemno, et dicitur ab auferendo, quoniam aufert litteram uel syllabam de principio dictionis.)* P rescidit U^{6} G^{2} recidit μ^{2} rescindit R recindit. — 8. $U^{1.2}$ addit PR auget. — 9. U^{6} apocopa U^{7} appocope PR apocope. — 10. P Sistole — diastole $U^{1.3.5}$ Systole — diastole U^{6} $p^{1.2}$ Sistole — dyastole p^{2} Sistola — diastola μ^{2} Systola — dyastola U^{1} p^{2} producta PR productam (gl. syllabam) U^{1} breuiat . q̄ U^{2} breuiat quod $U^{6.7}$ G^{2} M μ^{2} $p^{2.3}$r breuiatque PR breuiat (*Thurot* pag. 477 talem exhibet uersum: *Sistole productam breui-atque dyastole longat.* Idem haec adnotat: Les manuscrits portent *breviat quedyastole* ou *breviatque dyastole.* Je pense qu'il y a une sorte de tmèse et que la dési-

Quod natura iubet produci *systole* curtat,
Extasis econtra producit corripienda.
Elipsis necat m, perimit *synalimpha* uocalem.
Dicitur unius uerbi defectus *eclipsis.*
Ast *aposiopasis* oratio deficiens est.
Estque superuacui *pleonasmos* adoptio uerbi.
Pro firi fieri dicas, *diaeresis* exstat,
Dicas tibicen contra, *synaeresis* exstat.
'*Hac Arethusa tenus*' dicas *temesim* faciendo.
Dictio sola duas complectens *synthesis* exstat.
Syllaba dictio siue oratio congeminentur:
Tune duos, *meme*, *leleges: epidiasis* haec est.
Si dicas Teucre pro Teucer, *metathesis* fit.
Antithesis fit, si sedet ordine syllaba uerso.
'*Transtra per et remos*' dicas, *anastropha* fiet.

---

nence de *longat* sert en même temps pour *breviat*; ou peut-être la dernière syllabe de *breviat* sert en même temps pour la première de *atque.*) Retineri posse salua ratione metrica *breuiat* lectionem, quam habent P U^{5} G^{1} $\mu^{1.3}$, docent complures loci similes, ubi breuis syllaba antecedente longa producitur in thesi, ut fiat spondeus, uelut I 17 (dicās dĭ'ǣrĕsĭs) 18 (contrā sȳn'ǣrĕsĭs) 25 (dicās ā'nāstrŏphă). eiusdem generis sunt uersus hi: I 39. 46. 55. 94. 101. 114. 117. — 11. U^{1} μ^{3} $p^{1.2}$ om. h. u. — 12. P et codd. Extasis (*Thurot* pag. 464 adn. 2: On dérivait ce mot d' extendo. cf. ibid. pag. 450). — 13. (gl. *Elipsis secundum Donatum est consonantium cum uocalibus aspere concurrentium difficilis collisio, et dicitur ab elido, quia eliditur m* [cf. *Thurot*, pag. 446.] Synalimpha fit ex collisione uocalium inter se concurrentium, dicitur autem a syn quod est con et limphos aqua uel fluxus, quasi duarum uocalium fluxus.) — 14. (gl. *Secundum Donatum eclipsis est defectus necessariae dictionis quam requirit praecisa sententia, et dicitur ab ex quod est extra et clepo quod est furor, quia extra furatur uerbum.*) — 15. p^{1} At . . . P U^{1} $\mu^{1.3}$ p^{2} aposiopesis R aposiopasis (gl. *dicitur ab apos quod est aequale et pasis passio, quasi aequalis defectus uel aequalis passio.*) μ^{3} deficiens sit. — 16. $U^{2.6.7.}$ G^{2} pleonasmus PR pleonasmos $U^{2.5}$adeptio. — 17. U^{2} Pro fieri firi. — 18. U^{6} $\mu^{1.2.3}$ p^{3} Contra tibicen dicas. — 19. $U^{1.2}$ p^{2} dicis U^{1} temesim G^{1} temesym U^{3} themesym PR themesim. – 20. U^{3} synthesis hec fit — 21. U^{1} congeminentur $U^{3.5}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2}$ cum geminatur PR si geminetur. — 22. U^{3} p^{1} extat μ^{3} p^{3} hic est PR hec est (*Thurot* pag. 477 adn. 4: *epidiasis* est sans doute une altération de *ἐπιδίπλωσις*.) — 24. G^{1} sillaba ordine M dictio (ł sillaba). — 25. $U^{1.7}$ G^{1} $p^{1.2}$ dices $U^{1.2.6.7}$r anastropha PR anastrophe.

Nutriit ac peperit, sic *hysteron proteron* hic fit.
Protheseos quoque *paralange* fiet, ut illud
Quod sequitur dicas: *Symeon accepit in ulnas.*
Epibasim facient uariae uoces iteratae,
Si sensum uoces hae complectuntur eundem.
Metabolen faciet res sub uariis repetita:
Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetheria nec adhuc crudelibus occubat umbris.
Epimone sententia fit crebro repetita,
Interscalares uersus istud manifestant:
Cede dies caelo, quia nescit cedere uirgo.
    Impia quid dubitas Deïanira mori?
Unius *epizeusis* est geminatio uerbi.
'*Trade rati uentos*' dicas, *hypallage* fiet.
'*Urbem quam statuo uestra est*' *antitosis* haec est.
Pro numero numerum ponas, *exallage* fiet
Dicendo '*naues armato milite complent*'.

---

26. P$U^{1.5.6}$ G^2 M $\mu^{1.2}$ Nutriit R Nutrit $U^{2.7}$ μ^1 $p^{1.3}$ sic . . . PR om. *sic* U^2 proteron hysteron $U^{1.2.3.6}$ G^2 M $\mu^{2.3}$ hic fit p^2 hic fiet PR hic est. — 27. P. Protheseos lector paralange . . . U^1 $p^{1.2}$ Protheseon quoque siue paralange . . . $U^{3.6}$ Protheseos quoque siue paralange . . . U^7 $G^{1.2}$ M μ^3 Pròtheseos quoque seu paralange . . . U^2 $\mu^{1.2}$ p^3r Protheseos quoque paralange U^5 Protheseos paralange (gl. *Protheseos paralange fit quando una praepositio ponitur pro alia, et dicitur a pro quod est prae et thesis positio et para quod est prior et lange quod est alia, quasi positio unius praepositionis pro alia.* — *Thurot* pag. 476 adn. 1: Il faut écrire en un seul mot; car, dans la glose Q, au — dessus de *protheseos quoque paralange*, on lit: «hic est themesis, o lector.») $U^{5.7}$ $p^{1.2}$r ut istud. — 29. U^7 faciunt. — 30. U^2 p^1 Si uoces sensum . . . p^3 Si sensu — eodem. — 31. G^1 facient res — repetitae p^1 sub aliis. — 32. P$U^{1.5}$ G^2 p^1 seruent. — 33. U^6 G^2 $\mu^{2.3}$ occubat PR occupat M umbris (ł armis) μ^1 armis. — 35. P et codd. Interscalares . . . (gl. *Interscalares uersus dicuntur, quando idem uersus repetitur saepe alio interposito.*) — 36. (gl. marg. cod. M: uersus saepe ponitur in Theodolo.) — 37. P o deianira. — 38. U^1 Unius episceusis est geminatio uerbi PR Unius est epizeusis geminatio uerbi (P uerbis). — 40. $U^{2.6.7}$ antithesis G^2 anathesis G^1 μ^1 anthitosis p^1 anthithosis PR antithosis (= antitosis = antiptosis. *Thurot* p. 236 adn.: Il est à remarquer que, dans ces formes, on a, en général, supprimé, de deux consonnes consécutiues, la première.) P $U^{6.7}$ M $\mu^{1.3}$ p^3 hic est. — 41. $U^{5.7}$ p^2 pones μ^2 dicas. — 42. U^1 complet (μ^2 om. h. u.).

(b. De figuris scematis.)

Dicitur ornatus uerborum *scema*, quod aufert
Taedia sub uariis formans decus eloquiumque,
Quod sub se uarias fertur retinere figuras.
Dicas quod sequitur, facies *asyntheton: Ite*
Ferte citi flammas, date tela, impellite remos!
Huicque *dialyton* est eadem similisque figura.
Obuia quis *polysyntheton* est: *Acamasque Thoasque*
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon.
Zeumaque sit tibi cum *polysyntheton* una figura.
Exstat *anadiplosis* cum finit ut incipit ille.
Incipit et finit uerbo *anapolensis* eodem:
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Si rationem interponas, *parenthesis* exstat.
Hendiadys fiet resoluto in mobile fixo:
Uteris *hendiade*, si dixeris '*arma uirumque*'.
Si dicas minus et plus signes, *liptote* fiet.
Exclamando deum quandoque *prophonesis* exstat:
O deus, in quantis animus uersatur amantis!
Redde rei causam, sic *etymologia* fiet,
Ut si dicas '*diligo te, quia diligor a te*'.
Crimina uel laudes oratio colligat una

---

44. U^{3} eloquiorum. — 45. G^{2} M $\mu^{1.2.3}$ p^{3} multas PR uarias U^{2} dicetur habere U^{5} dicitur habere μ^{3} fertur habere μ^{1} retinere fertur PR fertur retinere. — 46. P $U^{2.6}$ M assintheton U^{7} assintethon U^{1} asinteton U^{5} asynteton U^{3} $\mu^{1.2.3}$ $p^{1.2.3}$ asyntheton G^{1} absintheton G^{2} absinteton U^{5} ut est (pro *Ite*). — 47. $U^{1.7}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2}$r ferrum (pro *flammas*) P $U^{2.5.6.7}$ $G^{1.2}$ M date uela. — 48. U^{3} Huic . . . — 49. P $U^{1.5.6}$ G^{2} polisinteton U^{3} G^{1} polisintheton U^{7} polisynthethon R polysyntheton. — 51. P Zeuma tibi sit cum . . . U^{1} Sceumaque sit tibi cum . . . R Zeumaque sit tibi cum . . . — 53. U^{3} epanalemsis p^{1} epanalensis. — 55. $U^{3.6}$ orationem U^{2} interponis p^{3} interpones. — 56. U^{1} Endyasdis $U^{3.6.7}$ G^{2} $\mu^{1.2.3}$ $p^{1.2}$ Endyadis PR Endiadis P $U^{1.3.5.6}$ $G^{1.2}$ resolutio. — 58. p^{1} signet U^{1} liptotes U^{5} $\mu^{1.3}$ p^{2} liptota U^{3} lyptota U^{7} lyptote PR liptote (sequitur in P et pluribus libris recentioribus: *Quod minuit uerbis hoc sensu* [u. l. *sensus*] *liptotis* [u. l. *liptotes*] *auget.*) — 63. U^{6} Carmina U^{1} M colligat PR colligit μ^{1} Crimina multa simul uel laudes colligit una ‖ Oratio . . .

Multa simul, sic fit et habet fieri *synacrismos.*
Quae supra dicta sunt *epidiocesis* ipsa
Corrigit in melius ex affectu recitantis,
Rhetoricusque color *correctio* scilicet exstat.
Uteris *antitheto* dicens contraria dicto,
*Syn*que *dyasmos* erit eadem similisque figura.
Inuidiae causa *sarcasmos* crimina dicit:
Eicit hic in Beelzebub daemonia uere.
Temporis esse solet descriptio *chronographia,*
Topographia loci, sed mundi *cosmographia.*
Est *catatyposis,* quando sub nomine patris
Uel matris siue alterius persona notatur,
Ut *caluus crispus uentrosus Sophronicus*que
Ferraneus: Socratem scribunt haec nomina solum.
Characterismos eadem sit et una figura.
Responde tacitis, *anthypophoram* facies sic.
Diligo me, tu te: solet haec *idiopasis* esse,
Allopasis: tu me, me uel te diligit ille.
Epilogus tibi sit illud quod et *epitrochasmos,*
Cum multiloquio praedicta subabbreuiantur.
Brachylogia refert quam plurima sub breuitate.
Sitque tibi proprie subscripta gradatio *climax.*

---

67. U^6 correptio $U^{2.3.5}$ correctio dicitur esse. — 68. P et codd. antitheta — dicta (gl. *Antitheta est quando prima sententia sequenti contrariatur, et dicitur ab anti quod est contra et thesis positio, quasi contraria positio sententiae.*). — 69. $U^{3.5.7}$ $p^{1.2}$ sit eadem similisque ... — μ^2 sit similis eademque . . . — 70. P sarcosmos — dicet U^2 crimina fingit. — 71. P Belzebub hec facit hic in principe demoniorum $U^{3.5}$ G^2 Dicit hic in beelzebub demonia uere G^1 Dicit in beelzebub hic . . . R Eicit hic in belzebub (M in belzebub hic) . . . — 75. $U^{2.5}$ seu alterius M uel . . . P U^7 $G^{1.2}$ μ^1 uocatur $U^{2.5}$ notetur. — 77. $U^{1.3}$ G^2 p^2 scribunt haec omnia solum (G^2 tantum) U^6 μ^1 describunt nomina solum (U^6 tantum). — 79. $U^{1.3.5.6}$ M Respondens μ^1 Respondes U^3 faciendo (pro *facies sic*) sequitur in cod. M uers. *Dicitur hec uere cognomine procathalensis.* — 80. P solet hidiopasis esse. — 81. U^7 ipse r iste (pro *ille*). — 82. M tibi illud sit $U^{1.6}$ G^2 μ^1 p^2 om. *et* P epicrocasmos. — 83. U^7 In multiloquio . . . U^1 subbreuiantur G^1 subabreuiabis. — 85. (sequitur in codd. M p^3 uers. 81, cui adiungitur distichon hoc: *Quid leuius flamma?* [M *Quid fama leuius?*] *fulmen. quid fulmine? uentus.* || *Quid uento? mulier. quid muliere? nihil.*)

Cum quis multotiens interrogat est *teretema*,
Quod bene rhetoricum datur aspiciendo colorem.
Periphrasim praemissorum dic expositiuam,
Eflexegesis est eadem similisque figura.
Dirige sermonem cuiuis quemuisque secunda,
Tropologia potest illud uel *apostropha* dici.
Polytoton faciet uerbum casu uariatum:
Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

(c. De figuris tropi.)

Ast proprie tropus modus esto siue figura,
Cum translatatur oratio dictio siue
Improprie causa metri uel commoditatis
Siue necessarii, quae multas continet in se
Sicut et in reliquis praediximus esse figuras.
Synedoche partem ponit pro parteque totum.
Semper materiam transcendit *hyperbaton* ipsam.
Excedendo fidem dictis *hyperbole* fiet.

---

86. P $U^{2.5}$ μ^3 theretema G^2 M μ^2 $p^{1.2}$ terethema U^3 G^1 μ^1 therethema $U^{1.7}$ p^3 therothema U^6 teretema (gl. *Theretema est quando plures interrogationes ponuntur in uersu, et dicitur a theron quod est uarium et thema materia, quasi uaria materia interrogationum.*). — 87. U^7 respiciendo P om. *colorem.* — 88. G^2 praedictorum U^7 expondsituram. — 89. P Est efflexegesis U^1 μ^3 p^2 Eflexegesis est $U^{3.6.7}$ $G^{1.2}$ M p^3 Efflexegesis est p^1 Exfexegesis est (gl. *Eflexegesis dicitur ab e quod est extra et flecto, quasi extra flexa locutio, id est extra posita.*). — 90. P U^3 cuius quemuisque U^6 cuiuis quisque G^1 cuius quo tu uisque. — 91. $U^{1.2}$ G^2 istud. — 94. $\mu^{1.3}$ Est . . . r At . . . PR Ast . . . — 95. P $U^{2.7}$ G^2 M r transmutatur R translatatur. — 97. P multas qui continet in se G^2 μ^2 qui multas continet in se p^2 quod multas . . . R quae multas . . . — 98. U^1 p^1 figuras PR figuris. — 99. U^1 Synodocen U^5 G^1 Synodochen p^3 Sinodochem U^6 Synedoche PR Synodoche (recepi cod. U^6 lectionem, propterea quod propius accedit ad Graecum συνεκδοχῆς uocabulum.) U^1 ponit partem pro parteque totum P U^6 G^2 $\mu^{1.2.3}$ $p^{1.3}$ partem ponit . . . U^3 partem posuit . . . U^2 M p^2 partem signat . . . $U^{5.7}$ G^1 partem pro toto significabit || Sicut pro toto partem pro parteque totum. — 101. $U^{1.6.7}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2}$ dices $U^{2.3}$ $\mu^{1.2.3}$ p^3 dicas (pro *dictis*) P hyperbola codd. yperbole.

Finge nouas uoces, *onomatopoeïa* fiet.
Antonomasia solet excellentia dici.
Pone tenens pro contento, fit *metonymia.*
'*Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli*'
Si bene quis recitet, tunc *prosopopoeïa* fiet.
Ast introducit aliquos *ethopoeia* loquentes,
Ut cum fortuna loquitur Boëtius ipsa.
Antitheson fiet semper fierique probatur,
Si pro non grato gratissimus accipiatur.
Antifrasim facies cum lucum a luceo dices.
Dicitur *ironia* quaeuis concessio ficta.
Emphatice loqueris, expressis utere uerbis.
Non animatis attribuendo quod est animati
Phantasiam facies: *siluae mirantur et undae.*
Ac eadem penitus huic *somatopoeïa* fertur.
Si proprie proprium dicas, *epitheton* hoc est.
Dissimiles personas *euocitatio* iungit.
Prima secundam concipiat, *conceptio* fiet.
Allegoria fit, hydropicus si signet auarum.
Si quid dicatur non ergo sui sed alius,

---

102. p^2 fiet onomathopeia. — 106. M Hec bene quis retinet G^2 Hec si quis recitet P prosopeia. — 107. U^3 Hac . . . G^2 M At . . . G^2 Ast . . . PR Ac . . . U^5 introducat $U^7 \mu^3 p^3$ alios PR aliquos. — 108. M ille (pro *ipse*). — 109. U^1 Anteseon P $U^2 G^1$ M μ^2 Antheseon μ^1 Anteseson $U^6 G^2$ Anteson R Antheson (scripsi *Antitheson*) $\mu^{1.3}$ p^3 semper fiet μ^2 semper fit. — 110. $U^5 G^2$ M $\mu^{1.2}$ Si non pro grato. — 111. $U^{2.5.7}$ $\mu^{1.2.3}$ p^3 dicens a luceo lucum. — 112. P hironia U^7 confessio. — 114. U^1 attribuens U^2 attribuas M tribuendo PR attribuendo $U^2 \mu^3$ quod est animatis p^1 quod est animantis PR quod est animati. — 115. P et codd. (praeter U^3) sicut (pro *siluae*). — 116. p^3 Hec eadem P U^6 μ^1 p^3 Atque eadem R Ac eadem P somotopeia U^3 fiet (pro *fertur*). — 117. P. iungas (pro *dicas*) M hic epitheton est U^3 epitheton hinc est U^2 epitheton hoc est U^5 epitheton hec est PR epitheton hic est. — 118. μ^1 Personas sibi dissimiles μ^2 Dissimiles sibi personas $U^3 G^2$ M euocitatio PR euocatio. — 119. U^2 M concipiet $U^{5.7} G^2$ concipiens PR concipiat p^1 fiat. — 120. G^1 fiet p^1 ydropicus signat . . . — 121. U^3 non causa sui.

Hoc *paradigma* potest uereque *parabola* dici.
Rebus ab externis sumpta est *metaphora* semper:
Tu uenias citius, portus et aura mihi.

Cap. II.

De figuris barbarismi et soloecismi.

Est *soloëcismus* uitium ceu *barba*que *rismus.*
Est *barbarismus* cum dico '*domína dominus*',
Est *soloëcismus* '*uir mea, sponsa meus*'.
Sub *soloëcismo* sunt istae *barba*que *rismo:*
Dictio turpe sonans *cacenphaton* ipsa uocatur,
Ut si dicatur *Tytides medidies*que.
Ast *euphonia* sit tibi dictio pulchra sonora,
Ut si dicatur *Tydides meridies*que.
Ambiguum dictum dici solet *amphibolia.*
'*Subsannabit eos*' sic *anthropospathos* exstat.
Tapinosis erit, uocitetur si mare gurges.
'*Ibant qua poterant*' simul haec et cetera dicas,
Perissologia fiet seu *macrologia.*
Acyrologia fit, si dicas '*spero dolorem*'.

---

Uel sunt simplicia, quia significatio simplex.
Haec quoque simplicitas ad possessiua refertur,
Nam persona duplex possessiuis reperitur.
Cetera sed septem deriuatiua uocantur:
Me. tu. suus noster uester nostras quoque *uestras*,
Quae deriuantur a primorum genitiuis,
Ac per simplicia fit mentio compositorum.
Quaeritur et, quare pronomina singula tantum
Ponimus in prima persona siue secunda,
Tertia cum per se teneat pronomina plura.
Ac sic soluitur hoc: quia prima secundaque solum

---

37. G^2 M p^1 Non nouit U^5 rectum — casum. — 38. P omothoi $U^{2.3.7}$ omothoy μ^1 omotoy U^5 homotoi p^3 homotoy U^1 omo itin G^1 omatoy M μ^1 omaytoy p^2 omaytoi G^2 amaytoi $U^{4.6}$ emaytoy U^3 non habet ipsum G^2 non habet ullum p^2 non habet illud. — 40. $U^{2.5.7}$ Hic ego tuque sui P $U^{1.3.4.6}$ $G^{1.2}$ M μ^1 $p^{1.2.3}$ Hec ego tuque sui P et ille iste uel ipse uel hic is G^1 $p^{1.2}$ et ille iste ipse uel hic is U^1 ac ille iste uel ipse uel hic is U^2 ac ille ipse iste uel hic is U^3 et ille ipse uel iste uel hic is U^4 M p^3 et ille ipse iste uel hic is $U^{5.6}$ ille uel ipse uel iste uel hic is U^7 ille ipse et hic is G^2 μ^1 ille ipse uel iste uel hic is. – 41. U^1 Haec quoque . . . U^4 Haecque . . . U^6 Hec et ſ͞plicia quia ſignificatio duplex. — 43. $U^{1.3.5}$ μ^1 respectu Graecorum P R Graecorum respectu. — 44. P U^7 M p^1 sint R sunt. – 46. persona duplex (gl. cod. p^1: *possessoris et possessionis*). — 47. $U^{1.7}$ G^2 Cetera sunt septem quae deriuata (U^7 deriuatā G^2 d'iuatīa) uocantur U^5 Cetera sunt septem deriuatiua uocantur G^1 Cetera sunt septem deriuatiua uocentur U^3 Cetera sunt septem quae possessiua uocantur P $U^{2.4.6}$ M μ^1 $p^{1.2.3}$ Cetera sed septem . . . — 48. $U^{4.6.7}$ $G^{1.2}$ μ^1 p^3 Me. tu. su. — 49. U^2 Que di'uantur de primorum genitiuis U^7 p^2 Quae diriuantur primitiuis genitiuis. — 51. M Quaeritur aut . . . — 53. U^3 teneat per se. — 54. P U^2 Ac si soluitur hec U^5 $p^{2.3}$ Ac sic soluitur hec G^1 M p^1 At sic soluitur hec U^3 Ac si soluatur μ^1 Ac si soluatur hec G^2 Hic si soluatur

Obseruare modum dicuntur significandi,
Nam discretiue et praesenter significare
Dicas, quocirca uox uni sufficit una,
Nec si sit praesens semper, tamen est quasi praesens.
Tertia multimode personam significare
Dicitur et uarie praesens absens prope longe,
Ac ideo plures uoces nanciscitur una,
In sola quoniam fieret confusio uoce.
Iste uel *hic* tantum demonstrant, *is*que *sui*que
Haec tantum referunt, demonstrant haec referuntque
Scilicet *ille ipse:* Cato currit et ille mouetur,
Ille uel ipse legit, uir currit et ipse mouetur.
Huius et *istius* est demonstratio distans,
Intellectiua *huius* et *istius* est oculata:.
'*Iste uir*, *hic animus*' sic debet dicere quiuis.
Contra personam primam contraque secundam
Is non discernit, uox ista *sui* facit illud.
Cuiuis personae per se bene iungitur *ipse*,

$U^{1.4.7}$ Ac sic soluitur hoc U^6 At sic soluitur hoc. — 56. $U^{2.4.5.6.7}$ G^2 M μ^1 $p^{1.2}$ discretiue praesenter. — 57. U^1 quod circa U^6 idcirco. — 58. P Nec si sit praesens tibi semper erit quasi praesens U^5 Nec si sit praesens, tamen est semper quasi praesens M Nec si sit semper praesens, tamen est quasi praesens p^2 Non si sit semper praesens, tamen est quasi praesens $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{1.3}$ Nec si sit praesens semper, tamen est quasi praesens. — 59. U^5 multimodis personas U^7 μ^1 persona (gl. *Hic soluit secundam quaestionem dicens quod uaria sunt pronomina in tertia persona, quia hn̄t uarium modum significandi, quia quandoque sc̄t rem praesentem quandoque absentem, quandoque prope positam, quandoque longe positam.*). — 61. U^5 μ^1 p^3 uoces plures. — 62. U^7 om. h. u. — 64. P referunt tantum U^5 demonstrant et referuntque p^2 demonstrent haec referuntque p^3 demonstrant haec referuntue. — 65. U^2 ipse ille U^5 et ipse mouetur p^2 et iste . . . — 66. $U^{1.3}$ Ille ē ipse lego U^4 Illeque ipse lego p^1 Ille et ipse lego U^5 Ille uel ipse lego U^2 Ille et ipse ego U^6 Ille c̄ ipse legit μ^1 Ille ē ipse legit p^3 Ille et ipse legit G^1 Ipseque lego P G^2 M Ille uel ipse legit U^7 p^2 om. h. u. (sequitur in P G^1 μ^1 distichon hoc: *Is suus ipse refert idem sed cetera monstrant* ‖ *Ille refert monstrat non facit hoc aliud.* idem distichon inuenitur in cod. U^3, sed praescriptum legitur 'uacat'. abest a codd. reliquis.). — 67. U^1 Huius et illius. — 68. G^1 — huius sunt, istius est . . . — 71. G^1 facit istud. — 72. P U^6 Cui⁹ personae μ^1 p^3 bene per se.

Quod minime *ille* facit nisi cum reliquo mediante.
Rem referas, de qua loquitur quis uel meditatur,
Rem de qua loqueris '*uir currit et ille mouetur*',
Aut meditans de quo dicas sic '*ipse mouetur*',
'*Sortes qui currit*' re et uoce relatio sic fit.
At si quis dicat '*semen qui Christus habetur*',
Re tantum ad semen, ad Christum uoce refertur.
Illud idem monstrant pronomina significantque,
At quod demonstrat non significat tibi nomen,
Nil quoque demonstrant aduerbia, sed modo citant.
Prima notitia fit, si demonstratio fiat,
Fitque secunda notitia, quando relatio fiet,
Cumque relatio fit, fit saepe notitia rerum
Tertia, ceu· si quis dicat '*qui proelia fecit*'
Is de quo prima praecessit mentio facta.
*Ipse*que quandoque pro *non alius* reperitur:
Si sic exponas, discretio dicitur esse.

---

73. $U^{2.5}$ facit ille. — 75. P $U^{5.7}$ G^2 M et ille mouetur G^1 et iste . . . R et ipse . . . — 76. P Aut meditans de qua tu dicas . . . U^6 Aut meditans de quo si dicas p^3 Aut meditans de quo sic dicas U^2 Aut meditans de quo dicis sic $U^{1.3.4.5}$ G^1 M μ^1 $p^{1.2}$ Aut meditans de quo dicas sic G^2 Ac . . . U^6 G^1 et ipse mouetur G^2 iste mouetur P R ipse mouetur U^7 om. h. u. — 77. $U^{1.6}$ p^1 re uoce U^7 res uoce P R re et uoce U^1 relatio fit hic G^1 relatio fiet p^1 relatio fiat. — 78. p^3 Aut si . . . U^1 semen dicat. — 79. P $U^{2.3.7}$ G^1 M $p^{1.3}$ Re tamen . . . U^5 Ac tamen . . . U^1 Re tam . . . $U^{4.6}$ G^2 p^2 Re tm̄ . . . μ^1 Re tantū . . . (gl. *relatio fit dupliciter, aut secundum rem et uocem simul, ut sortes currit qui disputat, aut fit secundum rem tantum, ut si dicam semen tuum qui est xp̄s. qui refertur ad semen non ratione uocis sed ratione rei intellectae, quia in semine intelligitur xp̄s, quia semen et xp̄s idem sunt secundum rem.*). — 80. $U^{1.2}$ Id quod demonstrant pronomina U^5 Id quoque demonstrant pronomina G^1 Istud idem monstrant pronomina U^3 significant quod P R significantque (gl. *pronomina unum et idem demonstrant et illud idem significant.*). — 81. $U^{1.2.3}$ $G^{1.2}$ At quod demonstrat P R Id quod . . . — 82. U^4 scitant (gl. *aduerbia nihil demonstrant sed excitant tantum, ut ecce uir.*). — 83. $U^{1.2.4.5}$ $G^{1.2}$ si — fiet P R si — fiat. — 84. U^1 G^1 om. h. u. — 85. $U^{6.7}$ G^2 M $p^{1.2.3}$ om. alterum *fit*. — 86. $U^{1.3.5}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{1.3}$ seu si quis dicat $U^{4.7}$ M seu dicat si quis p^2 ceu ducat si quis U^7 qui praelia fecit P R quis . . . (repugnat haec lectio gl. M.). — 87. $U^{2.3.5}$ G^2 μ^1 p^1 proceſſit U^6 cōceſſit.

*Ipse*que multotiens fore pro *melius* reperitur:
Si sic exponas, tibi significantia fiet.
Ast ubicunque tibi fit significantia, semper
Si bene quis studeat discretio fiet ibidem.
At non conuertas, quia non conuertitur illud.
Hic est articulus et pro *quidam* reperitur,
Ut si quis dicat '*hominum stant hi, resident hi*'.
Hic quoque multotiens pro *talis* ponitur, ut si
Tu dicas '*haec herba meo reuirescit in horto*'.
Hic quoque demonstrat, quod saepe potest reperiri.
Deriuatiuis est significatio duplex,
Nam possessoris intrin. persona notatur,
Ast extrinsecus hinc possessio significatur.
Hoc utrumque *suus* numerum designat utrimque,
Ut '*suus illius*, *suus illorum*' bene dicis.
Sunt tria primae, sed solummodo quinque secundae,
Tertia quinque tenet inflexio, sed duo quarta.
Quaeritur a multis, quare pronomina gentis
Tantum formentur pluralibus a genitiuis.

---

90. P p^{1} Ipseque multociens reperitur fore pro melius U^{5} Ipseque pro melius quandoque reperitur G^{1} Ipseque multociens dic fore pro melius. — 91. U$^{5.6}$G^{1}μ^{1}p^{3} tunc significantia fiet G^{2} tuncque . . . — 92. U^{7}p^{3} Ac . . . — 93. p^{3} discretio dicitur esse. — 94. U$^{1.2}$G^{1} quia non conuertitur istud p^{3} quoniam non conuertitur istud U$^{4.6}$ quia non conuerteris illud μ^{1} qm non conuertitur illud P U$^{3.5.7}$G^{2}M p$^{1.2}$ quia non conuertitur illud. — 98. U^{4} hec herba meo uirescit in orto U^{6} erba hec modo reuiuiscet in orto (P et codd. '*orto*' sine aspiratione). — 101. U^{3}p^{1} intra (gl. *intrinsec*^{9} *i. determinate*) G^{2} intus U^{5}G^{1}M uocatur. — 102. U$^{3.6}$p^{3} Ac . . . G^{2}μ^{1}p^{2} At . . . P U$^{1.2.4.5.7}$G^{1}Mμ^{1}p^{1} Ast . . . U$^{2.3}$ huic U^{5} hiis P U$^{1.4.6.7}$G$^{1.2}$Mμ^{1}p$^{1.2.3}$ hinc. — 103. U$^{1.5.7}$G^{1}Mμ^{1} designat utrumque P p^{1} designat utrinque (gl. *dicit actor quod pronomen suus in singulari numero significat utrumque numerum, scilicet singularem et pluralem, et in plurali similiter.*). — 104. P U^{5}G^{1}Mμ^{1}p^{1} bene dices R bene dicis. — 105. U^{2} Suntque tria primae solummodo quinque secundae G^{2} sunt tantummodo p^{3} sed tantummodo P R sed solummodo. — 106. P U^{1} inflectio (gl. — — *dicit quod tria sunt pronomina primae declinationis, scilicet ego tu sui. quinque sunt secundae, scilicet ille ipse iste hic et is. tertia declinatio tenet alia quinque pronomina, scilicet meus tuus suus noster et uester. quarta duo tantum nostras et uestras.*). — 108. P U$^{6.7}$M p$^{1.2.3}$ formantur U^{3} ex genitiuis.

Huius causa rei sit *significatio*, namque
Gentem significant, quae multos colligit in se.
Sed quid obest gentile sui pronomen habere,
Cum sit utrobique numeri dominans utriusque?
Hoc respondemus, quoniam *dubitatio* causa est,
Nam dicendo '*suas*' nescis, cuius numeri sit.
Dicere uel poteris, quod pluralis genitiuus
Sumitur a primo, quocirca non habet illud,
Uel respectiuum quoniam sit siue relatum,
  Genti proprietas non ualet haec tribui.
Cuncta uocatiuo careant pronomina casu
Quattuor exceptis *noster nostras*que *meus tu*.
Cur possessiua quintum teneant sibi casum,
Quaedam quaestio fit, siue hoc possessio siue
Possessor faciat: facit hoc possessio, sed non
Possessor, quoniam possessio tertia semper,
Possessor uero primae et quandoque secundae,
Alterius quoque personae reperitur, et inde
Ad rem possessam sermonem dirigo, sed non
Ad possessorem: sic soluat quilibet istud.
Curque relatiua quintum pronomina casum
Non habeant, nostras haec quaestio uentilat aures.
Huius causa rei sit *demonstratio* quinti,
Per quintumque rei fit prima notitia semper,
Perque relatiuum semper dic esse secundam,
Non primamque rei: patet ergo quod ista repugnant.

---

109. M p^{1} Cuius . . . p^{3} est significatio. — 110. P $U^{1.3.6.7}$ M μ^{1} $p^{1.2}$ colligit $U^{2.4.5}$ $G^{1.2}$ p^{3} continet. — 111. U^{4} G^{1} suus. — 113. $U^{5.7}$ Hic . . . $U^{1.7}$ $p^{1.3}$ causa (om. *est*). — 114. P U^{2} p^{2} nescit U^{1} p^{3} nescio U^{6} neſſcim^{9} (sic) P cuius numerus sit. — 118. $U^{2.3.4.5}$ Gentis U^{2} non ualet attribui U^{6} non haec tribui ualet unquam ($U^{1.7.}$ p^{2} om. uers. 115. 116. $U^{1.7}$ G^{2} M μ^{1} $p^{1.2.3}$ om. uers. 117. 118.). — 119. G^{2} p^{3} carent. — 120. U^{1} noster nostras meus et tu U^{3} nostras uestras meus et tu U^{5} nostras uester meus et tu G^{1} uestras nosterque meus tu p^{2} noster nostras meus tu. — 122. U^{6} G^{2} Quaestio fit quaedam U^{7} siue hic μ^{1} siue hec. — 125. $U^{1.5}$ primae quandoque. — 128. $U^{1.7}$ $G^{1.2}$ μ^{1} illud P R istud. — 131. P. et codd. Cuius . . . (scripsi Huius . . . ex similitudine loci superioris uers. 109).

Cur *ego* non habeat quintum quaeri solet istud:
Nos respondemus, quod prima loqui nequit ad se,
Uel quia personae primae est, contraque secundam
Est discretiuum: quinto sic ergo carere
Debuit obliquo, sibi cum contraria sint haec.

Cap. XV.

De uerbis primae coniugationis.

Uerbum quadruplici sensu credo uariari,
Sicut in his patet exemplis: '*uerbum caro factum*',
'*Uerba dat omnis amans*'. non sunt sine tempore uerba.
'*Demophoon, uentis et uerba et uela dedisti,*
Uela queror reditu, uerba carere fide'.
Tunc uacat intendit cum dico '*uacat rationi*',
Cum dico '*ratione uacat*' ratione carere est,
Tuncque notat uacuum cum dico '*uacat locus iste*',
Atque uacat per se dic significare licere.
Percontor notat id quod perscrutor per o scriptum,
Percunctorque per u dicitur esse moror.
Prorogo protelo procrastino sunt nota sensus
Eiusdem, tribus his prolongo connumerabis.
Assignare diem praefigere uel dare dicas,

---

135. U^3 p^1 illud. — 136. $U^{3.5}$ quia prima . . . U^6 qm̄ prima . . . — 139. U^2 Debent obliqui U^5 sibi nam contraria sunt haec M p^1 sibi cum contraria sunt haec P $U^{1.2.4.6}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{2.3}$ sibi cum contraria sint haec U^7 sibi contraria causa haec (uers. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136 absunt a cod. U^4).

1. $U^{2.3}$ G^2 M credo sensu U^4 deriuari. — 2. U^3 factum est. — 4. U^6 M p^2 Demofon P R Demophon P $U^{1.3}$ et uela et uerba U^2 uela et uerbaque U^5 et uerbaque uela U^7 et uerba uela $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ M μ^1 $p^{1.2.3}$ et uerba et uela. — 7. U^1 om. *est*. — 8. U^2 $G^{1.2}$ M p^1 locus uacat U^3 ille — 9. P dicas μ^1 dat U^1 placere M p^2 om. h. u. (U^1 habet uers. 6. 9. 7. 8). — 10. $U^{5.6}$ hoc quod G^1 idem quod. — 11. $U^{2.4.6}$ Percuntorque. — 13. p^2 pronumerabis U^6 conumerabis P R connumerabis. — 14. $U^{1.2}$ G^2 μ^1 praefin-

Assignare tamen exponere dicimus esse.
Subiugo pessundo designat suppeditoque,
Suppeditoque tamen placet ut plerisque ministro.
Instauras, si quid destructi condis ad instar,
Restauras renouans quod restat more priorum.
Nōto notifico, nŏto scribo, nŏto reprehendo,
A nosco primum, nŏta sit caput exteriorum,
Primaque produci debet tibi syllaba primi.
Te uexo proprie dicas, sed nemo Latine
'*Iste laborat eum*' dicat, nec habetur in usu:
Est transitiuum prius, absoluitque secundum.
De multis oro dicas, in lite peroro,
Fratres exoro, Christum sapienter adoro.
Accusatiuo poteris nec non genitiuo,
    Quin ablatiuo iungere participo:
    *Participo rem re, participo*que *rei.*
Peierat affirmans, sed periurat sacra frangens,
Abiurat patriam nunquam rediturus in illam,
Adiurat uel coniurat quaerens dubium quid.
Cre. do. se. nex. iu. sto. la. mi. ue. to. fri. pli. ne. cu. so.

---

gere $U^{6.7}$ profigere P R praefigere (gl. *dies assignata id est praefixa uel determinata ad respondendum.*). — 15. G^1 pro exponere... p^2 disponere U^1 dicitur esse. — 16. P U^7 $G^{1.2}$ p^2 pessūdo R pessundo. — 17. G^1 placuit. — 20. P $U^{3.4.7}$ G^2 Noto notifico . . . U^5 G^1 Sit noto notifico . . . $U^{1.2.6}$ M μ^1 $p^{1.2.3}$ Dic noto notifico . . . (in cod. p^1 supra 'noto' scriptum legitur '*cā metri*'). — 21. P notat si. — 22. P debebit $U^{1.2.3.4}$ $G^{1.2}$ debet tibi $U^{5.6.7}$ M μ^1 $p^{1.2.3}$ deberet (sequitur in cod. U^3 uers. *At postremorum tibi corripienda duorum.* in cod. U^6 legitur: *At p⁹tei'o4 tibi sillaba sit breuianda.* in margine cod. U^7 inuenitur: *Ast prima posteriorum tibi sit breuianda.*). — 24. G^2 laborat te. — 25. $U^{1.2}$ G^2 $p^{2.3}$ prius P R primum. — 27. U^3 ueneranter (ł sapienter) P R sapienter. — 28. p^1 necnon poteris. — 29. $U^{1.4.6}$ Cum ablatiuo G^1 Cumque . . . P R Quin . . . (gl. cod. U^2: *ĩsuper pro etiam*). — 30. P U^4 participasque. — 31. U^3 Obiurat $U^{4.7}$ G^1 ad illam. — 33. U^6 et coniurat. — 34. P Cre. do. to. $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{1.2}$ $\overset{po}{\text{Cre.}}$ $\overset{mo}{\text{do.}}$ $\overset{co}{\text{se.}}$ || P se. ne. iu. $U^{1.2.3.4.6.7}$ G^2 μ^1 p^2 $\overset{o}{\text{nex.}}$ ($U^{4.6}$ μ^1 p^1 $\overset{xo}{\text{ne.}}$) $\overset{uo}{\text{iu.}}$ sto G^1 nex. $\overset{co}{\text{mi.}}$ sto || P sto la. mi. $U^{1.2.3.4.6.7}$ G^1 μ^1 $p^{2.3}$ $\overset{uo}{\text{la.}}$ $\overset{co}{\text{mi.}}$ $\overset{to}{\text{ue.}}$ ($U^{2.7}$ la. mi. $\overset{co}{\text{ne.}}$) G^2 la. $\overset{uo}{\text{iu.}}$ ue. || P ue. fri. ne. U^2 $\overset{no}{\text{to.}}$ $\overset{co}{\text{⟨pli.⟩}}$ $\overset{co}{\text{fri.}}$ $U^{1.6}$

Haec faciunt in ŭi uel in i, reliquis datur aui.
Si componatur cum nominibus plico uerbum,
Ultima praeteriti uox conformatur in aui,
Si praepositio coniungitur huic plico uerbo,
Praeteritum semper in ŭi finito licenter.
De neco dic aui, ferro necui, reliqua ui.
Qui superat uincit aut uiuit: Uirgilius sic:
'*Quid puer Ascanius? superatne? et uescitur aura . . .*'
Degrado depono uel tecum pignere certo,
Estque caput primi gradus, est et gratia summi.
Cāuillo fallo, pro perforo pono căuillo,
Dic caluo primi caput esse, cauumque secundi.
Qui mittit legat, moriens dando sua legat,
Legatus missus, legatum morte relictum.
Accusat maior, est incusare minoris,
Ast excusare proprium dicas utriusque.
Dic pro purgare uel pro circumdare lustro,
A primoque potest lustrum purgatio dici.

---

to. pli. fri. $U^{3.4.7}G^{1.2}\mu^1p^3$ to fri. pli. || P cu. so. $U^{1.3.4.6}G^{1.2}\mu^1p^{1.2}$
co bo no to
ne. cu. so. $U^{2.7}$ ue. cu. so. — 38. P Si praepositio iungatur huic plico uerbo U^5 Sed si iungatur praepositio plico uerbo $U^{1.2.3.4.6}G^{1.2}\mu^1p^{1.2.3}$ Si praepositio coniungitur huic (p^3 cum) plico uerbo U^7 Si praepositio conponitur huic plico uerbo. — 39. P U^1G^1 Praeteritum (G^1 — to) in ui semper finito licenter $U^{2.5}\mu^1p^{1.2.3}$ Praeteritum per ui semper . . . $U^{3.6.7}G^2$ Praeteritum semper in ui . . . U^4 Praeteritum semper per ui — 40. $U^{1.2.6}G^2p^{1.2}$ om. h. u. — 41. P et codd. uirgilius. — 42. P $U^{1.3.4.5}$ om. *et*. — 43. U^3 degradoque pignore certo U^4 degrado pignore certo (gl. cod. U^3: *ut faciūt caupones*). — 44. P U^3 Estque primi gradus $U^{1.2.4.6.7}G^1\mu^1p^{2.3}$ Estque caput primi gradus $U^5G^2p^1$ Estque gradus primi caput P esto gratia summi U^7 et gratia . . . G^2 et gratiaque . . . G^1 et sic gratia . . . p^3 est gratia . . . $U^{1.2.3.4.5.6}\mu^1p^{1.2}$ est et gratia . . . — 45. U^5 dico cauillo. — 46. $U^{3.4.5.6}G^1p^{1.2.3}$ Dic caueo (U^5 cauio) . . . — 47. U^6 moriens sua crimina legat. — 48. μ^1 missus est. — 49. U^7 incusareque mīres. — 50. P $U^{1.2.3.4.5.7}G^2\mu^1p^{1.2}$ Ast . . . U^6 At . . . G^1 p^3 Ac . . . P proprie dicatur uterque $U^{1.4.6}G^1\mu^1p^{1.2.3}$ proprie dicatur utrique (gl. cod. p^1: *9ueniat maiori et minori*) $U^{2.3.7}$ proprium dicatur utrique G^2 proprie dicatur utriusque U^5 proprium dicas utriusque. — 51. U^6 dic et pro . . .

Quod non sum simulo, sed dissimulo quod ego sum,
Assimilare bono, non assimulare laboro.
Tunc ego praeuaricor cum crimina uera repello,
Cui falsum crimen impono calumnior illum.
Pastor oues baculo mīnat, lupus ore mīnatur,
Hoc producatur, illud quoque corripiatur.
Mutuo credendo, sed mutuor accipiendo,
Mutuo dat nummos, sed mutuor accipit illos.
Accusatiuum regit insto simulque datiuum,
Insto dans operam tibi, te dum persequor insto.
Obsto cum consto doctrina supinat in atum,
    Cetera composita terminat ars in itum.
Strangulo suffōco, exstinguo suffŏco dicas,
    Quod bona sit ratio fauxque focusque probant.
A cio si dicas, axcītat tu bene dicis,
    Excītat econtra dicitur a cieo.
Fla. facit ardorem, sed fra. largitur odorem,
Ignis enim flagrat, sed poma recentia fragrant.
Occīdo dum labor, occīdo dum gladiabor.
Excubat in castris homo peruigil, incubat ornix,
Excubiaeque probant primum, probat incubus illud.

---

54. P p^{1} Assimulare bono $U^{1.2.3.4.5.7}$ $G^{1.2}$ μ^{1} $p^{2.3}$ Assimilare bono U^{6} Assimilare uolo P sed non assimlare laboro U^{4} G^{2} non dissimulare laboro $U^{6.7}$ non assimilare laboro $U^{1.2.3.5}$ G^{1} μ^{1} $p^{1.2.3}$ non assimulare laboro. — 55. U^{6} praeuarico U^{1} dum $U^{3.4}$ G^{2} crimine. — 56. $U^{4.5.6}$ $G^{1.2}$ $p^{1.3}$ calumpnior ipsum. — 58. U^{7} illud uero . . . 59. $U^{3.5.7}$ G^{1} Mutuo tradendo. — 60. U^{1} om. h. u. — 61. G^{1} simul insto regitque datiuum. — 62. U^{1} te cum persequor insto P $U^{2.3.4.6}$ $G^{1.2}$ μ^{1} p^{2} te dum . . . $U^{5.7}$ $p^{1.3}$ dum te . . . — 64. (sequitur in codd. $U^{4.5}$ uers. *Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.*). — 65. P U^{3} p^{2} Strangulo suffoco, pro extinguo suffoco dicas U^{7} G^{1} μ^{1} p^{1} Strangulo suffoco et extinguo (U^{7} p^{1} extingo) suffoco dicas $U^{4.6}$ Strangulo suffoco extingoque suffoco dicas $U^{1.2.5}$ G^{2} p^{3} Strangulo suffoco, extinguo suffoco dicas (U^{5} dico) sequitur in cod. G^{1} uers. *Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.* — 66. U^{4} faux et focusque. — 67. $U^{2.6}$ G^{2} excito μ^{1} exscito U^{5} p^{1} excitas G^{1} tu bene dicas. — 69. $U^{1.5}$ $p^{2.3}$ largitur P R designat. — 70. U^{3} uirencia $U^{1.3.5}$ μ^{1} fraglant. — 71. P $U^{2.4.5.6.7}$ $G^{1.2}$ μ^{1} p^{3} dum — dum $U^{1.3}$ $p^{1.2}$ cum — cum $U^{2.7}$ occidor U^{3} G^{1} occidar P R occido. — 73. P Excubiaque G^{1} Excubioque p^{1} illum.

Litem dant homines, obiurgantur mulieres,
Rixanturque canes, altercanturque sophistae,
Certant inter se pugiles pro laudis honore.
A cubo bas batum dicatur itumque supinum:
Sanus eo cubitum, male sanus uado cubatum.
Haec duo significat obseruo: sequor caueoque,
Haec in diuinis scripturis inueniuntur.
Si *rogat* addideris *con* congregat, *e* dat, *in* infert,
Prae praefert, *sub* substituit, *pro* protrahit, *inter*
Quaerit, *de* minuit, *ab* destruit, *ar*que superbit.
Quem uoco baptizo, quem quis uocat hunc trahit ad se,
    Ut mutet quadam conditione locum.
Milito militiam perago, sic conuenit esse,
    Si dicas equito, dicis equo sedeo:
Militis est primum, sed quisque potest equitare.
Qui uadat ille uadum transit peragrans equitando,
    Qui uadiat certo pignere dat uadium.
Scandalizare malum dicas exemplificare,
Scandalizoque tamen derideo dicitur esse.
Sunt in *eo* primae *screo be. me. cre. nau. cal. e. bal. la.*,
Et duo sunt quartae, sed cetera cuncta secundae.

---

75. P Rixantur. — 76. P $U^{1.2.5.6.7}$ G^{1} $p^{1.2}$ sub laudis honore $U^{3.4}$ G^{2} μ^{1} p^{3} pro . . . (gl. *propter laudem uel honorem et uictoriam obtinendam.*). — 77. P $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ μ^{1} supino. — 78. U^{5} $p^{1.2}$ tendo cubatum P R uado. — 80. p^{1} in scripturis diuinis U^{7} inuenientur. — 83. P U^{4} G^{2} atque superbit U^{6} p^{2} adque . . . (sequuntur in cod. G^{1} uersus hi: *Qui sua pauperibus communicat erogat ille* || *Quique reis infert cruciatus irrogat ille* || *Qui meritis alios praecellit praerogat ille* || *Qui subconstituit alium sibi subrogat ille* || *Qui sua seque cupit p̄tēdere prorogat ille* || *Qui quaerit sibi de dubiis interrogat ille* || *Qui decus alterius dissoluit derogat ille* || *Qui mihi fraude sua bona destruit abrogat ille* || *Qui sibi dat quod ei non competit arrogat ille.*). — 84. P $U^{1.3.6}$ trahit ad se μ^{1} citat . . . $U^{2.4.7}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2.3}$ uocat . . . — 86. U^{2} G^{2} sic conuenit illi. — 87. $U^{2.4.6.7}$ Si dicis . . . P R Si dicas . . . (cf. uers. 67) U^{3} dicas equo sedeo. — 88. $U^{2.7}$ G^{1} p^{2} om. *sed.* — 91. U^{6} G^{1} p^{2} om. *malum.* — 92. U^{1} Scandalizo tamen derisio dicitur esse U^{7} Scandalizare quod tamen derisio . . . $U^{2.4.6}$ $G^{1.2}$ μ^{1} $p^{2.3}$ Scandalizo tamen derideo . . . — 93. P scre: be: me: cre: nau: cal: e: bal laque U^{5} screo be. me. cre. nau. cal. e. bal. la. R scre. be. me. cre. nau. cal. e. bal. la.

Experior laudo dicas probo significare,
Spectoque significat experior specio.
Iudico te damno, tibi iudico commoda quaero,
Accusatiuus damnat, prodestque datiuus.
Fulgurat hoc primum dic esse, tonatque secundum,
Fulminat extremum dicitur esse cadens.
Eructo dicas cum fit ructatio, tuncque
Eructo uere uerbum, si dixero quicquam,
Si quid abundarit, ructatio dicitur esse.
Libo, si liba degusto, liboque dicas,
Coram numinibus si tu libamina ponas.
Clunagitant homines, sed crisantur mulieres,
Crisarique tamen Sodomitica secta uidetur.
Palmito praetaxo, dic et praetaxo subarro,
Et tamen haec taxus est utriusque caput.
A careo casso fore dicas exinanisco,
A quatio quasso pro frango dicitur esse.
Laxo per x scriptum pro soluo dicitur esse,
Lasso per ss duplex dic significare fatigo.
Non primitiuum dicatur, sed speciei
Deriuatiuae dicitur esse noto.
Nōto prior longa dicas cognosco frequenter,
Cum nŏto correpta est prima notas facio.

---

95. U^{5} dico. — 96. $U^{5.7}$ G^{2} p^{3} spicio. — 97. P damno codd. dampno. — 98. P damnat codd. dampnat. — 99. P G^{2} hic (P habet uers. 99. 100. 97. 98). — 102. P cuiquam $U^{1.2.5}$ μ^{1} $p^{1.2.3}$ quicquam $U^{3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ quidquam. — 104. U^{3} cum liba degusto U^{7} haec liba degusto U^{6} μ^{1} libo quoque dicas. — 105. U^{3} cum — ponis U^{4} G^{2} si — ponis p^{1} si pones P R si — ponas. — 106. U^{5} crisantur G^{1} crixantur P R crissantur. — 107. U^{5} G^{2} Crisarique . . . P R Crissarique P sodomita G^{2} uocatur (expuncto *uidetur*) U^{4} p^{3} uocatur. — 108. G^{2} dicas praetaxo subarro. — 109. P $U^{4.7}$ hic taxus (gl. cod. U^{1}: *tax⁹ ē q̄dam arbor qua tacta pereunt apes et inde dr̃ hoc adu̇bium dum taxat id est tantūmodo.*). — 110. U^{4} casso tu dicas . . . — 112. U^{1} om. h. u. — 113. P $U^{1.2}$ $G^{1.2}$ $p^{2.3}$ per ss duplex R per s duplex ($U^{4.6}$ μ^{1} habent uers. 113. 112). — 114. $U^{3.5}$ G^{2} primitiue. — 116. U^{7} dico pro nosco frequenter $U^{4.6}$ μ^{1} dicatur nosco . . . — 117. U^{1} Cum nota correpta prima est U^{2} Cum nota correpta est prima U^{3} Cum nota correpta prima

Pernocto nocte, spatioque perendino lucis,
Tunc diuturno, si diuturnam fecero moram.
Excubo dum castra tueor, sed lucubro nocte
    Dum studeo, uigilo dicis utroque modo.
Ebrius hic titubat, nauis uacillat in undis,
    Inde domus fragilis nutat homoque senex.
Calculo cum lapide, digitali computo sorte,
    Et numero dicas qua ratione uelis.
Oscitat ore hians, halas quoque cum facis alas,
Os aperit ratio prior, altera brachia tendit.
Caelo dum sculpo lapides, celo cooperta,
A primo caeltes, caelum est a posteriori.
Si diuersificas bene remque reique recordor,
Tuncque rei cum pars tantum mihi scita recordor,
Tuncque recordor eam cum perfecte scio totam.

U^4 Cum noto correpta est prima U^6 Cum noto correpta prima P $U^{5.7}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{2.3}$ Cum noto correpta (U^7 corrupta) est prima p^1 Cum noto correpta sit prima G^1 faciet. — 119. P M $p^{1.3}$ Tunc diuturno U^1 Cumque diuturno U^2 Tuncque diutino $U^{3.7}$ G^2 Tuncque diuturno $U^{4.5.6}$ G^1 p^2 Tuncque diutino μ^1 Tunc diutino U^1 si diuturnam facere moram U^2 si diuturna fecero $\overset{\text{morā}}{\text{cuncta}}$ U^3 si diuturnam fecero moram U^5 si diuturna fero G^1 si diuturna fecero cuncta p^1 si diuturnam facio cunctam (gl. *i. morā*) P $U^{4.6.7}$ G^2 M μ^1 $p^{2.3}$ si (μ^1 ſ;) diuturnam fecero cunctam. — 120. μ^1 cum P $U^{1.4.6.7}$ G^2 $p^{2.3}$ lugubro. — 121. U^2 p^2 dicas. — 122. U^4 uacillat nauis. — 123. U^6 domus gracilis. — 125. G^2 om. h. u. — 126. P ora hians $U^{1.2.4.6}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2}$ ora citans $U^{3.5.7}$ M μ^1 p^3 ore citans $U^{1.2.4.7}$ p^1 alat quoque cum facit alas P $U^{3.5.6}$ $G^{1.2}$ M μ^1 $p^{2.3}$ alas (G^1 halas) quoque cum facis alas. — 128. $U^{1.3.5}$ cum sculpo. — 129. U^5 A primo sit celtes, celum sit a posteriori μ^1 A primo celtes, celum dic a posteriori $U^{4.7}$ M p^2 a posteriore P $U^{1.2.3.5.6}$ $G^{1.2}$ μ^1 $p^{1.3}$ a posteriori (gl. cod. U^1: *celū dr̄ a celo las quia celat oīa p̄t' se ip̄m. a celo celas quod est sculpo pis quia sculptura est stellis.*). — 130. U^6 p^3 diuersifices P R diuersificas $U^{1.6}$ rem reique. — 131. p^3 Tunc rei . . . U^4 Tuncque rei cum pars tamquam modo scita recordor U^6 Tuncque rei tantum cum pars est s⟨c⟩ita recordor. — 132. U^6 cum perfecte scio ipsam (P habet uers. 120. 121. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 122. 123. U^2 habet uers. 120. 121. 124. 125. 122. 123. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. inter uers. 127 et 128 inserti inueniuntur hoc in codice eadem manu scripti uersus hi: *Oscito singulto*

Exsultans gaudet proprie, exaltansque superbit,
Primum de salio, reliquum dicatur ab alto.
Te rigo dico bene, sine casu roro sequente,
Est transitiuum prius, absoluitque secundum.
Hoc meditor firmo, sed non hoc cogito laudo,
Primum iustorum solet esse, sequensque malorum.
Quem ueneror decŏro, quem pulchrum reddo decōro,
Principium primi decus esto, decorque secundi.
Exspirat moriens homo, suspirat gemebundus,
Tunc homo conspirat, si coniuratio fiat,
Aspirat siue potius respirat anhelans,
Et tamen aspirans quandoque fauere uidetur,
    Admonet inspirans uiuificatque frequens.
Hic moror aio bene, moror illos et moror a te,
Actiuum neutrum sic est communeque uerbum.
Asportas remouens, apportas si mihi praebes,
Implicat importans et supportans homo tollit.
Quisquis amicatur nobis est noster amicus,
Cautus amicat eum sibi, quem prece reddit amicum,
Ast inimicatur nobis inimicus apertus,
Iste sibi uerbis socios inimicat acerbis.

---

sb⁹nuto nauseo st'to || *Glutto mastucans hio tussio ructo sc'oq;*). — 133. U^1 μ^1 p^3 Exultans gaudet, exaltans atque superbit U^4 proprie gaudet. — 134. U^6 dat salio U^3 dicetur. — 136. P $U^{4.5.6}$ $G^{1.2}$ μ^1 primum. — 137. P Quod meditor firmo, sed non quod cogito laudo. — 139. U^7 quem reddo pulchrum. — 140. G^2 decus est decorque p^1 decus est decor esto . . . (sequitur in cod. U^2 uers. *Hunc homines decorant quem uestimenta decorant.*) — 141. U^3 Exspirans moritur . . . p^1 suspirat moribundus U^6 suspirat gemibundus P R suspirat gemebundus. — 142. P conspirat homo. — 143. U^3 Asspirat pocius ueniens respirat anhelus U^5 Aspirat pocius siue . . . — 145. (sequitur in cod. U^1 distichon hoc: *Mens spirat, suspirat amans, conspirat iniquus* || *Respirat fessus, ex. obit, asque fauet.*). — 146. U^1 moror illum. — 148. P U^2 Asportas remouens $U^{1.3.7}$ $G^{1.2}$ μ^1 p^1 Asportans remoues M $p^{2.3}$ Asportans remouens $U^{4.5.6}$ Asportans remouet P $U^{1.2.3.5.7}$ G^1 M $p^{1.2.3}$ apportas si mihi praebes G^2 μ^1 apportans si mihi praebes $U^{4.6}$ apportans sit mihi praebens. — 149 U^6 sed subportans homo tulit (U^2 habet uers. 133. 134. 141. 142. 143. 144. 145. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 148. 149. 146. 147.). — 150. P M p^1 Si quis R Quisquis. — 152. U^1 nos.

Impetro quid dicto prius et mox perpetro facto,
A patro uerbo sumit utrumque caput.
Hocque patro uerbum duo significabit in unum,
Patro luxurio, patroque perficio.
Obsŏnor iratus, obsōnor nocte fit esus,
Ientamus mane, cenamus uespere facto,
Tertia prandere postulat, ut solitum est.
Uescitur at nona merenda messor in hora.
Conspĭcor aspicio, conspīcor colligo spicas,
Tunc ego despīcor cum spicis extraho grana,
Despĭcor at proprie dico cum specto deorsum.
Gratulor est laetor et gratulor est ago grates,
A grato primum dicas, a grate secundum.
Dicitur exsquamo nec non exentero pisces,
Pullos dimembro, pullos euiscero dices.
Gaudens exsultat, contradicensque resultat,
Hoc ablatiuum poscit, reliquumque datiuum.
Obpilat ora pilo claudens, obturat at ille
Aures cum ture, quod ab antiquo solet esse.
Inter se screo siue creo diuersificantur,
Iactans sputa screat, res deus ipse creat.
Haec dico significat: confirmo copulo sacro.
Exstinguens necui pecudem, feriensque necaui.
Pignero suscipiens, impignero pignera tradens,

154. p^3 et post . . . — 155. M sumit utrumque nomen. — 156. U^6 μ^1 in uno. — 158. U^1 osono M obsono p^1 obsompnor. — 159. U^6 p^2 Iantamus P R Gentamus. — 160. $U^{5.6}$ sibi postulat. — 161. U^3 in agro U^6 merendat fossor in ora (U^1 habet uers. 160. 161. 159). — 163. G^2 detraho. — 164. P Despicor ac ipse proprie cum . . . (P $U^{1.2.3.4}$ G^1 M $p^{1.2}$ habent uers. 163. 164. 162). — 168. U^2 M p^1 demembro G^2 porcos euiscero dicas $U^{3.6.7}$ G^2 $p^{1.2}$ pullos euiscero dicas P R pullos euiscero dices. — 170. U^4 reliquum poscitque. — 171. P $U^{2.3.4.5.6.7}$ G^1 μ^1 $p^{2.3}$ Opilat G^2 Opulat U^1 M p^1 Oppilat (*Thurot* pag. 522 uers. 28: 'Obpilat per b et p scribitur.'). $U^{1.5}$ ore U^3 obdurat. — 173. P U^2 G^1 M μ^1 p^1 Inter se screo siue (G^1 seu) creo diuersificantur $U^{4.6}$ Inter se screo seu creo sic diuersificantur p^2 Sic inter screo siue creo diūffificatur (sic) $U^{1.5.7}$ G^2 p^3 Inter se creo siue screo diuersificantur (p^3 — catur). — 175. $U^{1.3.4.5.6}$ G^1 signat. — 177. U^1 Pigno

Pignero dum capio, dum pignero pignera trado,
Pignerat haec locuples quae pauper pignerat illi.
Irrītat euacuat, irrītat prouocat iras.
Scrutor ut experiar, ut sanem uulnera rimor,
  Sciscitor inquirens quae noua scire uolo.
Inuestigo sequens profugi uestigia furis.
Elongas mihi res, prolongas quod dare debes.
Cunctatur replicans uaga uerba, pigerque moratur.
Si quid diuidimus membratim tunc laniamus,
  Quando membra secas tunc eadem laceras.
Denotat allego causor confirmo iuuoque.
Solor solamen dono, solor quia solus
Efficior, primum deponit et hoc patiatur.
Supparo cum rugo pannum, supero quoque uictum,
Hoc uerbumque paro cum sub caput est utriusque.

---

suscipiens U^{5} Pignora suscipiens U^{7} Pignera suscipiens p^{2} Pignoro suscipiens P $U^{2.3.4.6}$ $G^{1.2}$ M μ^{1} $p^{1.3}$ Pignero suscipiens P U^{5} M μ^{1} $p^{1.2.3}$ impignoro pignora tradens U^{3} inpignoro pignora trado $U^{1.4.7}$ G^{1} impignero pignora tradens G^{2} impignero pignora trado U^{6} que ipīgnero pīgne tradēs. — 178. P $G^{1.2}$ M p^{1} Pignoro dum capio U^{6} Pignore . . . $U^{1.2.3.5.7}$ $p^{2.3}$ Pignero . . . P U^{6} $G^{1.2}$ M $p^{1.3}$ dum pignoro pīgnora trado U^{1} dum pignoro pignera sumo U^{2} dum pignore pignora sumo U^{3} dum pignoro pignora fero U^{5} dum pigno'a pignōr f'mo p^{2} dum pignoro pignora firmo U^{7} dum pigno'a pigne'a ||| U^{4} om. h. u. μ^{1} litteram initialem tantum habet. — 179. P $U^{1.3}$ p^{3} Pignerat — pignorat U^{4} Pignerat — īpignorat G^{2} μ^{1} Pignorat — pignorat U^{6} Pīgnorat — pīgnorat U^{5} Pignerat — pignerat p^{1} Pignerat — inpignerat $U^{2.7}$ G^{1} M p^{2} om. h. u. (G^{3} habet uers. 179. 178). — 180. U^{1} G^{2} irritat prouocat iram U^{6} irrito prouoco rixas P R irritat prouocat iras. — 183. U^{1} om. h. u. in cod. U^{2} ante uers. 181 inuenitur al. m. scriptus. — 184. P U^{7} G^{2} p^{2} quod dare differs G^{1} quod mihi differs $U^{1.3}$ M μ^{1} $p^{1.3}$ quod dare debes $U^{2.4.5.6}$ que dare debes (sequitur in cod. U^{4} uers. *Si nō prolōgas cito pbens munera bis das.*). — 185. μ^{1} implicans U^{7} uana. — 186. U^{6} p^{1} dilaniamus G^{1} dislaceramus P R tunc laniamus. — 187. U^{2} Sed cum membra secas. — 188. μ^{1} firmo quoque iuuo G^{2} confirmoque iuuo. — 189. U^{2} solorque solus $U^{3.5.6}$ $G^{1.2}$ solor quoque solus. — 190. U^{2} Efficiat — deponit. — 191. U^{4} Supo — ſuparo G^{2} Supo — ſupo μ^{1} Suparo — suparo P U^{6} G^{1} cum pannum rugo $U^{1.3.5.7}$ G^{2} M μ^{1} $p^{1.2.3}$ cum rugo pannum U^{4} cum rugo pannos U^{2} dum rugo pannum U^{6} supparo quoque pastum. — 192. P $G^{4.6}$ G^{2} Hoc uerbum paro . . . U^{2} om. h. u.

Efferat hic hostem signat quod terret eundem,
 Efferat at per se deuenit iste ferus.
Accusat semper onero, sed pondero per se
Ponitur, huic pondus fons est, onus est caput illi.
Cum pasco curo, sed cum considero curo,
Cum medeor curo, simul haec tria significabit.
Consto saepe notat pretium, consto quoque saepe
Pro perseuero reperitur proque simul sto.
Angusto stringo dicas, angustio pono
Inter pressuras, haec sunt poenale locale.
Delȳro discordo, delīro deuio dicas,
Est lȳra fons primi, caput est quoque līra secundi.
Nil de composito retinet uenundo supino,
Sicut et hoc nomen semis, sunt haec duo tantum.
Dico cum tribuo concedo uoce sub una,
 Hoc uerbum do das haec tria significat.
Praesto praeualeo dicas, praesto quoque dono,
Praestoque saepe solet accommodo significare.
Ad pulli pastum proprie tenet hoc sipo uerbum,
 Suboque porcorum pertinet ad coitum.
A sipo composita sunt obsipo dissipo dicta,
 Obsipo spargo notat, dissipo diuidere.

---

193. M cum terret . . . — 194. P U^{6} ac per se G^{1} hac per se U^{7} denotat esse ferus M p^{3} deuenit inde ferus. — 195. $U^{1.2.4.6.7}$ $G^{1.2}$ M $p^{1.2}$ honero. — 196. U^{7} M p^{1} est fons $U^{1.6.7}$ p^{2} honus caput illi G^{1} honusque caput illi U^{2} p^{3} onus et caput illi. — 197. U^{3} Quem pasco curo, sed quem . . . P $U^{2.3.4.5.6}$ G^{1} μ^{1} $p^{1.3}$ desidero. — 198. P U^{6} G^{2} μ^{1} p^{1} significabit R significantur. — 199. U^{3} Constat P natat p̄cium. — 200. P pro simul sto. — 202. U^{2} μ^{1} sunt haec P R haec sunt. — 203. U^{5} G^{2} deliroque. — 204. U^{7} caput est liraque secundi G^{2} caputque lira secundi. — 207. P contribuo. — 208. G^{2} ſig̃bit. — 211. P $U^{2.4.5.6.7}$ μ^{1} p^{1} proprie tenet hoc supo uerbum U^{1} proprie pertinet hoc supo uerbum U^{3} proprie (quoq; al. m.) pertinet hoc supo uerbum G^{2} hoc pertineat supo uerbum G^{1} tibi pertinet hoc sipo uerbum M proprie attinet (tenet al. m.) hoc supo uerbum p^{2} proprie atinet hoc sippo uerbum p^{3} proprie actinet hoc supo uerbum. — 212. U^{1} Subo . . . — 213. U^{7} A sipo . . . μ^{1} A subo . . . p^{2} A suppo . . . P R A supo . . . — 214. U^{3} Dissipo diuidere, spargo notat obsipo uere. —

Si iuuat actiuum fuerit, tunc auxiliatur,
Impersonale si sit, delectat ubique.
Allactat puerum, quem mater ad ubera ponit,
Ut lac sugat ab his, ablactat eum remouendo.
Sol radiat mucroque micat fulgurque coruscat,
Cum fulgur supra nos paret fulgurat aether.
More catelli qui loquitur sic ille catellat,
Hic tibi catillet, mulierem qui pede tangit.
Impedit intricat nec non inuoluere signat,
    Extricatque sapit expedit atque aperit.
Praestŏlor exspecto, praestōlor quaerere dico.
Mussat qui dubitat, mussat qui murmurat idem.

Cap. XVI.

De uerbis secundae coniugationis.

Dicit aue ueniens tibi iure ualeque recedens,
Hoc uerbum salue comprendit aueque ualeque.
Caelestem dat aue mihi significare salutem,
Humanamque uale, salue designat utrumque.

---

215 U^1 fiet U^2 fiat U^4 fuit U^6 sit P R fuerit U^1 auxilietur. — 217. U^7 ponit P R portat. — 218. U^1 cum remouetur (sequitur in cod. U^3 uers. *Lacteo lac sugo, lacto lac praebeo nato*). — 220. P U^7 G^1 μ^1 p^2 Cum fulgur supra nos paret fulgurat ether $U^{4.6}$ G^2 p^3 Cum fulgur supra nos paret tunc fulgurat ether (U⁶ aer) $U^{1.3}$ Cum fulgur supra nos apparet fulgurat ether U^2 Cum fulgur super nos ap (al. m.) paret fulgurat ether U^5 Cum fulgur super nos apparet fulgurat ether M p^1 Cum fulgur super nos paret fulgurat ether. — 221. U^7 G^1 M p^1 sic iste catellat. — 222. $U^{1.2.3.4}$ μ^1 catillet U^7 tytillat P R catillat μ^1 qui pede pulsat. — 224. U^1 atque aperit μ^1 ac reperit P R aut aperit. — 225. U^6 dicas.

1. P $U^{4.6}$ G^2 μ^1 p^3 de iure. — 2. P U^6 G^2 M $p^{2.3}$ comprehendit. — 3. P dat — tibi G^1 p^1 dic — tibi $U^{2.3.5}$ G^2 μ^1 p^3 dat — mihi $U^{6.7}$ p^2 dic — mihi U^4 mihi dic signare aue salutem P significari G^2 signare U^2 G^1 designare U^1 M om. h. u. — 4. P U^6 salue comprehendit utrumque

Callet durere denotat et sapere,
Callidus et callus haec duo uerba probant.
Si largiturus mihi sis aliquid, mihi spondes,
At pro me spondes, si sis pro me fideiussor.
Exhibet hoc uerbum designat quattuor ista:
Demonstrat, praesentat, alit, pariter dat abunde.
Confiteor cum uox respondet ad intima cordis,
Sed fateor cum lingua sonat quod corde refuto.
Arcet qui remouet, et cogere dicitur arcens,
Estque acuens arcens, unde hoc arconius exit.
Resplendens ardet, quicunque irascitur ardet,
Ardet qui properat, ardet quicunque crematur,
Ardet mens, ardet clipeus, domus ardet et ignis,
Haec cupit, *hic* splendet, *hic* urit et uritur *illa.*
A careo cassum dicas caritumque supinum,
A cassu cassus uenit, a caritu cariturus.
Apparens pāret et qui bene pāret oboedit,
Ast in utroque solet produci syllaba prima.
Horreo pro ueneror reperitur et horreo saepe
Illud quod terret significare solet.

---

p^1 salue comprendit . . . U^3 salueque designat . . . R salue designat . . . U^1 M om. h. u. — 5. P $U^{3.6}$ p^2 Calleo R Callet P notat. — 6. U^1 haec duo uerba P R haec duo sensa. — 7. p^3 dare spondes. — 8. P $U^{3.7}$ Ac U^5 Et M p^1 Aut U^6 si pro me sis. — 9. $U^{1.2}$ M $p^{1.2.3}$ Exibet U^6 Exibus $U^{1.2.4.6.7}$ μ^1 p^2 demonstrat. — 11. $U^{1.2}$ dum P R cum. — 12. U^3 sed mente refuto p^2 quod mente refuto. — 14. P $U^{3.7}$ $p^{2.3}$ Atque acuens arcet $U^{1.4.5}$ G^1 M p^1 Atque acuens arcens U^2 Ac acuens ardet U^6 Est arcens acuens μ^1 Est acuens arcens G^2 Est acutus arcens P U^7 p^1 unde hic arconius exit G^1 μ^1 p^3 unde hic archonius exit U^5 unde hīc arconius exit G^2 ut hīc arconius exit U^1 unde hoc arconius exit U^2 unde hoc arconius extat U^4 unde hoc archonius exit M U^3 unde hoc arconius (U^3 archonius) exit p^2 inde archonius exit U^6 nom̄ hic artauus exit (gl. marg. cod. U^1: *Archoni⁹ ē ac'uus blandi* [leg. *bladi*] *acut⁹ ī sūmo ul est proprie massa feni quod coadunatur in pratis et ē acuta desuper.*). — 15. U^1 Resplendet . . . — 16. U^3 ardet quoque quique, — 18. P et hic urit codd. om. *et* U^1 om. u. 17 sq. — 19. $U^{3.4.7}$ G^2 M μ^1 p^1 supino U^6 suppino P R supinum. — 21. P $U^{3.5}$ paret — parit U^1 pariet — parit. — 22. P U^3 G^1 $p^{1.3}$ Ac M Hac $U^{1.2.4}$ G^2 μ^1 At $U^{5.6.7}$ p^2 Ast U^1 debet. — 23. U^2 uereor (ex corr.) U^1 ac horreo. — 24. U^7 Istud.

Assidet intendit atque assidet assimilatur:
Assidet insano, medicus simul assidet aegro.
Actiuum liceo passiuum significabit,
Passiuum liceor actiuum significabit:
Non licet asse mihi qui me non asse licetur,
Diues in orbe licet, miserum sed nemo licetur.
Paenitet et taedet miseret piget ac pudet ista
Accusatiuos poscunt simul et genitiuos,
Natura primum, sed transitione secundum.
Pro speculor dicas et pro defendo tueri,
Et tuitus primo tribues, tutusque secundo,
Saepe tamen tuor hoc uerbum reperitur in usu,
A quo composita sunt contuor intuor ista.
Indulges cum tu condonas aut operam das,
Da casum primo duplicem, solumque secundo.
Deuoueo dicens *de* priuat et auget ibidem,
Augens promittit, at si priuat maledicit.
Promouet exaltat, abigit quoque promouet, inde
Dicitur interdum '*promotus in acolythum sum*'.
Si ualet hic moritur, et si ualet hic ualidus fit,
Qui ualet ille potest, defectiuumque salutat,

25. P $U^{1.2.4}$ $G^{1.2}$ ac assidet p^{3} simul assidet M assimulatur P R assimilatur. — 26. U^{3} medicus bonus U^{4} medicus pius. — 28. $U^{1.5}$ G^{2} om. h. u. — 29. U^{1} om. h. u. (gl. cod. U^{2}: *licet i. apreciatur . licetur i. apr‹ciat.*. — 30. G^{2} μ^{1} in urbe $U^{1.5}$ p^{1} om. h. u. (U^{2} babet u. 27. 30. 28. 29). — 31. U^{6} ac taedet $U^{1.6}$ μ^{1} piget ac pudet $U^{2.4.5.7}$ G^{2} piget et pudet P R pudet et piget. — 32. U^{2} Accusatiuum iungunt simul et genitiuum U^{6} Accusatiuos sibi poscunt et genitiuos P R Accusatiuos poscunt simul et genitiuos. — 33. P Naturam (Idem tres uersus inueniuntur initio cap. XXVII.). — 34. P $U^{4.5}$ G^{1} dicas $U^{1.2.3.7}$ M $p^{1.2}$ dicis U^{6} G^{2} μ^{1} p^{3} dices (antecedit hunc uers. in cod. U^{5} uers. hic: Dic tuor inspicio, tueor defendere dicas. in cod. p^{3} legitur uers. hic: Dic tuor inspicere, simul et deffendere fertur. in cod. U^{1} excipit uers 34 uers. hic: Dic tuor inspicere, tueor defendere fertur.). — 35. P $U^{2.4.5}$ G^{2} μ^{1} $p^{2.3}$ tribues U^{1} G^{1} tribuens $U^{3.6.7}$ M dices p^{1} dicis μ^{1} et tutus. — 40 U^{1} M p^{1} dicens U^{7} dicas P R dices. — 41. $U^{1.6}$ μ^{1} Auget P R Augens P ac si $U^{1.4.6}$ G^{2} μ^{1} p^{1} aut si. — 42. exaltans. — 43. P $U^{1.2.6}$ G^{2} in acolitum sum U^{3} in acolitatum U^{4} in accolitatum. — 44. $U^{6.7}$ sed si $U^{6.7}$ G^{2} ualidus est P R ualidus fit. — 45. U^{4} μ^{1} ipse U^{7}

Et quandoque ualet pretium dat uenditionis,
    Accipitur ualeat pro queat et pereat.
Maereo producas primam, pro tristor habetur,
At mereor breuies primam, pro seruio fertur.
Maestus sum primo, meritus sum iunge secundo,
Et quandoque tamen in praeterito merui do,
Lucanusque tamen: '*castrorum in plebe merebat*'.
Si iungas oleo *sub* crescit et *in* solitum dat,
Ad cremat et crescit, *ab* delet, *re* bene spirat,
    Non redolet sed olet quod redolere solet.
Hostibus insideo, medicus pius assidet aegro,
    Subsidet hic caro, praesidet ille solo,
    Obsidet hic muro, considet ille loco.
Fragmentum mensae tibi dicatur residere,
Unde et residuum non nunquam dicitur illud.
Arrides dilecto, derides inimicum,
Si dicas recte, subridet amator amicae.
Denotat haec torret: uoluit uertitque crematque,
Sic ergo iungas: aqua torret, id est aqua uoluit,
Fatum torret, id est uertit, torret cremat ignis.
Haec adolet signat: crescit cremat et quoque mactat.
'*Tura adolete focis*', infans dicatur adultus,
Debemusque deis uitulos adolere supernis.

---

iste. — 46. U^2 Et quandoque tamen precium nota uenditionis U^7 M p^2 om. h. u. — 47. $U^1 \mu^1$ ac pereat. — 48. P Mereo producas prima p^1 Meret producat primam $p^{2.3}$ Meres producas primam U^6 sic tristor habetur. — 49. P U^1 Ac $U^{2.6}$ primam breuies. — 51. $U^{2.4}$ dat. — 52. U^1 Lucanus dum . . . p^2 om. h. u. — 53. $U^1 \mu^1$ iungis U^6 iungit $U^{4.6}$ solidum. — 54. M p^1 et ab. — 55. U^5 sed dolet. — 56. P pius medicus. — 57. U^2 considet ille solo U^3 M praesidet ille loco. — 58. U^4 G^1 $p^{1.3}$ muros U^6 G^2 murum P R muro U^3 considet ille solo. — 60. $U^{2.6}$ Indeque p^3 Undeque P R Unde et $U^{2.5.7}$ G^1 M μ^1 $p^{1.2}$ dicitur illud U^6 dicimus esse P R dicitur esse. — 61. U^8 Arrides caro, sed derides . . . $U^{2.4.5}$ Arrides dilecto, sed derides . . . U^7 Arrides dilecto, et derides . . . U^7 inimicos. — 62. U^1 Si recte dicas . . . $U^{1.6}$ p^3 amicus amicae U^7 G^1 amicus amico. — 64. $U^{1.6}$ G^2 μ^1 iunges. — 66. $U^{1.3.4.5.7}$ $p^{1.2.3}$ cremat quoque mactat U^2 cremat h' q̊; mactat. — 67. U^2 Thura cremate . . . U^7 Thura adolemus . . . — 68. P Debemus.

Nos reueremur maiores hostesque ueremur,
Est uereor timeo, reuereri dic uenerari.
Gemma nitet, sidus fulget, candelaque lucet,
Aurum resplendet, uictor certamine pollet.
Tunc fleo cum lacrimas emitto, lugeo uultum
Insinuans tristem, sed tristi maereo mente.
Haec septem sola tantummodo neutra secundae
Praeteritum faciunt in ŭi, diuisa supina
Nec perdunt, sicut *careo pateo ualeo*que,
Et pariter *doleo noceo placeo taceo*que.
Nam caritum siue cassum passum ualitumque,
Et dolitum nocitum placitum tacitum scio uere.
Per *pla. ca. ta. pa. do. ua. no.* potes ista uidere.
Hoc uerbum saepe *placeo* neutrum reperitur,
Et defectiuum sine persona reperitur.
Paenitet hoc uerbum dic praeteritis fore tantum,
Sed *piget* et *taedet* istaec duo uerba uicissim
Dic de praeteritis, praesentibus atque futuris.

---

